elationis secundum sapientiam mundi habitus quem habent philosophi. sed ac
cepimus spiritum qui ex deo est. i. spiritum sanctum qui a patre proce
dit. Jo. xvi. accepimus inquam ad hoc ut sciamus per eum
que a deo donata sunt nobis et sic de donis suis ei gratias
agamus et ea non nobis ipsis attribuamus. gregorius. qui dona
accepta sibi arrogat suis contra dominum donis pugnat
aug. multa habent dei dona et nescientes unde habeant
impia uanitate iactantur. que dona et loquimur.
i. aliis tradimus. loquimur inquam non in doctis humane sapientie
uerbis. i. non in uerbis persuasibilibus humane sapientie. et hoc et ratione
uel ornatu uerborum compositis. sed loquimur in doctrina spiritus sancti.
scilicet qui docet interius auditores. Mt. x. non enim uos estis
qui loquimini sed spiritus patris uestri et cetera. et in ps. lingua mea
calamus scribe. nos dico comparantes. i. tradentes et
comparantes spiritualia documenta spiritualibus audi
toribus. Mt. vii. nolite spargere margaritas ante por
cos. et eccl. xxii. cum dormiente loquitur qui narrat stulto

sapientiam. ¶ Nota hic quod sancti acceperunt septemplicem
spiritum qui a deo est secundum septem dona spiritus sancti. scilicet primo spiritum sapientie in per
gustatione eternorum. pro. xxvii. homo sapiens in sapientia
manet sicut sol. ii. spiritum intellectus in scilicet penetratione secre
torum. dan. ii. porro pueris hiis dedit deus et cetera. iii. spiritum
consilii in discretione agendorum. Job. xxix. iterum tacebant
ad consilium meum. iiii. spiritum fortitudinis in perpessione dif
ficilium. heb. xi. fortes facti sunt in bello. v. spiritum scientie in
usu temporalium. sap. x. dedit illi scientiam sanctorum.
phil. iiii. scio et humiliari et habundare et cetera. vi. spiritum pietatis in
compassione afflictorum. eccl. xliiii. hii sunt uiri misericordie
et cetera. vii. spiritum timoris domini in consideratione diuinorum iudiciorum.
Job. xxxi. quasi tumentes fluctus super me timui dominum.
animalis autem. hic ostendit quod pseudo non reuelauit. et postea dicit
quod homo bestialis spiritualia non capit. ii. reddit causam. quia scilicet ea
non intelligit. stultitia. iii. probat a contrario quod spiritualis
homo omnia cognoscat. spiritualis autem. iiii. ad id probandum auc
toritatem inducit sicut scriptum est. v. postea ostendit quod tales non
cognoscunt sensum diuinum. vi. quod hic ostendit quod nos sensum eorum.
nos autem. dicit glosa animalis. quasi. ita nobis spiritualibus deus reuelauit.
animalis homo ut sunt pseudo non percipit. i. perfecte ca
pit ea que sunt spiritus dei. ut presentium ligat et retinet mor
morum et huius. sapientia. i. in maliuolam animam non introibit
sapientia et cetera. et intellige hic animalis homo duplex secundum glo. uel animalis
uita qui irrationabiliter ad modum bestie uiuit. Joel.
.i. computruerunt iumenta in stercore suo. uel animalis sensu
qui irrationabiliter de deo sentit. carno. unde. animales
spiritum non habentes. aug. homo dicitur animalis uita uel sensu uita
dicitur animalis qui sequitur dissoluta lasciuia anime sue sensu
dicitur animalis qui ipse de deo iuxta corporum fantasiam uel legis
litteram uel tantum philosophicam iudicat. stultitia enim est illi secundum
reputationem suam et secundum sensum humanum et cetera. et non
potest intelligere. pro. xviii. non recipit stultus uerba
prudentie nisi ea dixeris que uersantur in corde suo. et non potest intelligere.
spiritualia scilicet non sensus carnalis apprehendit intelli
gibilia. quia spiritualiter examinatur. hec dupliciter exponitur. uno
modo secundum quod animalis accipitur in persona. alio modo secundum quod acci
pitur passiue per modum sic quia spiritualiter examinatur. i. quia per
spiritualia que ipse non capit examinat. i. probat eius animali
tas. spiritualis autem homo omnia iudicanda iudicat. i. discernit
et intelligit non omnia ut ait aug. que continent diuina scripta
sed que ad uitam et iustitiam sufficiunt. dicitur autem homo duplex uel
uita. scilicet qui spiritum domini rectorem habens animam regit.
uel scientia. scilicet qui de deo non secundum ymaginem corporum uel litteram
uel humanam philosophiam sapit. et ipse a nemine. i. a nullo
homine carnali iudicatur intellige et bene uel male iu
dicetur. uel iudicatur. i. reprehenditur. sic scribitur ysa. xl.
ut dicitur ro. xi. quis audiuit spiritum domini et cetera.
quis enim animalis homo cognouit sensum domini. de iure
facit. quasi. scilicet. hic fecit qui sapientia mundi stultam iudi
cat animalis quis instruxit eum de faciendis. quasi dicat. scilicet faceret
nos autem. quasi. et si sensum domini intelligere perfecte possimus non
tamen intelligere potuit quia nos uero sensum habemus cer
ta fide tenentes que uero sunt discipulis bene edocti. dicitur
habere sensum magistri. Jo. xv. et in eis loquebatur et cetera.
ii. cor. ult. an experimentum eius queritis qui in me loquitur

(margin: i. spiritualis fit an[illegible] iudicio spiritualis [illegible] quia [illegible] examinatur)

xpo. Hic q ſꝛ i°. ſi eū cognouiſſent. glo. demones.
Cō. luc. iiij. exibāt demonia ⁊c. ꝗꝛ cognouīt
ipm ee filiū dī. Re. ꝑ glo. illd dicerūt ex ſuſpi
tōe n̄ ex ctitudīe. It ſꝛ i° dn̄m glie. glo. talis
fuit illa ſuſcepcio q faceret dm̄ hoīem ⁊ hoīem
dm̄. Cō. ꝯ nl'ſa ſcīo ī ē dō. Re ſuple faceret ⁊ ee
.ſ. ħ aꝰ ſiam ē ſcōne huāne n̄ n̄ dine pſone.
ſic hō fit alt' ꝯcēalīū facione que ē ī alto
ciuſimutate locū nō ī xpō. It ſꝛ p. n̄ auris au
diuit. glo. uiſu corꝯ ꝉ auditu n̄ ꝑ cognoſci.
Cō cognoſcit fide. fides aꝰ ex auditu. ro. x. Re
fides ex auditu ꝯtioꝛi ē occōnalr ⁊ excitatiē
ſꝫ ꝯtioꝛi caāſr. loqͣ aꝰ de cognitōe ī mediata.
n̄ mediata. It ſꝛ i° ſpc oīa ſcīa ſcrutat
⁊ pfunda glo. id ē ſcrutari facit. Cō pꝛi
xx. qui pſcrutator ē maieſtatis ⁊c. Re ibi
loquiꝛ de pſcrutatōe temaria ſꝫ de modeſta.
It ſꝛ p quis eī ſcit hoīm ⁊c. glo. maīfeſ
tū ē cogitatōes nr̄as a nllō ſciri n̄ ab aīo
nr̄o. Cō aug ſꝛ gen. xij. ꝑ maīfeſtū ē cogi
tatōes hoīm ſepe a demonibꝫ enūciatas. Re
ſꝫ nō ē nō qꝛ ſciant. ſꝫ qꝛ p ſigna qdā ꝯiecturāt.
It ſꝛ i°. ita que dī ſūt nemo ⁊c. Cō n̄ g°
pꝛ aū filius. Re dcīo excluſiua addita uni p°
nō excludit aliā ab attributis eēntialibꝫ ſꝫ p
ſonalibꝫ. It ſꝛ p nos aꝰ n̄ ſpm hꝰ m̄. glo.
.i. ſpm phitonicū qui p ſibillā locut' ē. Cō ſi
billa de miſtio incꝛa nā p dixit q tn̄ ut eod
dem ē. demōis latuit. Re p° eos latuit. ſꝫ
ſciri ex ſcriptis noſſe potant. ꝉ reuelatōibꝫ
bonoꝝ angloꝝ. It ſꝛ p. ſꝫ ſpm q ex dō ē.
glo. ſpc ſcs dī ſpc pris ⁊ filij. ⁊ ſpc nr̄. Cō
nō ħn̄ dī filiꝰ nr̄. g° n̄ ſpc nr̄. Re n̄ ē ſile.
qꝛ filius ꝯpilliꝰ dicit relacōem oiigīs pas
ſiue q ſpc. vn̄ p illd n̄ dr a nob filiꝰ gniari.
ſꝫ p ħ n̄ ſic apparet ſpc ſcs a nob pcede. It
ſꝛ illd. ſpūal' oīa iudicat. Cō dicit aug lib°
de uera religione q de lege etna nlli aīe
iudicare pmiſſū ē. Re glo. ſoluit dicēs
q iudicat oīa ſ. iudicanda. nō .n. iudicat oīa
ſ. q ptinēt ad ſciam dinā. ſꝫ qui ad ſalutē
huānā.

Et ego fratres ⁊c.

Oñdit q ſimplicitas pdicatōis eꝰ ꝯtēpnā
da nō erat ex pte dī inſtēcis ⁊ ex pte ſui p di
cantis. ħ oñdit eē ex pte auditoris. ſ. ex pte ipoꝝ
pp eoꝝ īcapacitatē ⁊ p° eos carnales tūc fu
iſſe ⁊ ad huc fore oñdit. ſo eoꝝ carnalē ſēſū
q. erroneū redarguit. quid g. iij. ad depo
nēd' hꝰ errorē ⁊ pmanēdū ī fide hortat ⁊
īducit neſcitis. ī p pte excuſando ſe de ſiph
citate pdicatōis ſue. p° oñdit q tūc carnales
erāt. ij. q ⁊ ad huc ſūt. ad huc. ī p pte p° oñ
dit q pp eoꝝ carnalitatē ſimp eis pdicare op
tuit. ij. q ħ diligēt fec. tāq paruulis. iij. q ita

facte n̄tce fuit. nō dū. dic g° ⁊ ē. q. ſēſū hmi ⁊
tn̄ ego fratres qui utiq poſſē ꝯtrariū iure ē ſi uellē.
nō potui ī xpo ex pte uri. i. nō debui. ex. xxij.
ꝟ nō ē auditꝰ nō eſſudas ſmonē uob loq. q. ſpūalibꝫ
.i. ſic ſoleo loq ſpūalibꝫ. ſ. ſpūalia. ſꝫ q. carnalibꝫ
.i. geſta ⁊ hyſtorica ſic de īcarnatōe ⁊ paſſione
xpi ⁊ ħ diligēt feci. qꝛ dedi uob lac potū. ad facile
īcompand .i. doctrinā nudā facilē ħn̄ intelcē n̄
eſcā .i. doctrinā altiorē ad maſticandū que pfcoꝝ
ē. heb. v. pfcoꝝ ē ſolidꝰ cibꝫ. ⁊ ħ tāq paruulis ī xpo.
.i. ī x cognitōe. heb. v. fcī eſtis quibꝫ lac opus
ſit nō ſolido cibo. i. teſſ. ij. fcī ſum' paruuli ī me
dio urī tāmq ſi nutrix foueat filios ſuos. nōd' eī
q. ⁊ nūc ħ feci. nōdū eī q dīu uobcū erā potatis
cape eſcā .i. altiorē doctrinā ut ſpūales. Jo.
xvj. ml'ta ħeo uobcū dcē. ſꝫ n̄ ptis portare m̄.
ſꝫ n̄ nūc quidē ptis. qꝛ ī ead diſpōne pmanes
ad huc eī. ħ oñdit q ad huc carnales ſūt ⁊
p° ħ aſſerit. ij. pbat qꝛ ī uicē ꝯtēdūt. cū eī ſit.
iij. oñdit de quo ꝯtendūt. cū eī quis dr g° ad
huc. q. n̄ dū quidē ptiatis. ſꝫ n̄ nc poteſtis. ad
huc eī carnales eſtis uita q. ⁊ ſenſu id ē aꝰ
carnal' ⁊ aiāl'. ſꝫ carnal' dr a carne. carnalis
aiāl' ab aīa. ꝑ glo. cū eī. q. ⁊ uē ita ē. cū eī
ſit int uos zelus in corde. ſ. īuidia de baptiſ
tis ⁊ ꝯtēcio. ī ūbis ⁊ de pmencia baptiſtaꝝ.
iaco. iij. ꝟ zelꝰ ⁊ ꝯtēcio ibi īconſtācia ⁊ oē opus
prauū. nōne carnales eſtis carnalr ſētiēdo eo
q aliqꝰ ab hoīe eē putatis. ⁊ ꝑ hoīem ambulatis
.i. ī pra° pfictis aſſidue deficiēdo ſic hō ꝯtīnue
deficit. qꝛ uetꝰ hō corrūpit de die ī die. ij. coꝝ
iiij. cū eī quis uīm. dic ego quidē ſū pauli. filiꝰ
.ſ. ut ab eo baptizatꝰ. ē aꝰ ſū apollo. ſic filiꝰ q
fuit ep̄s coꝝ. nōne hoīes eſtis. i. carnales ſpā
tes ī hoībꝫ n̄ ī dō ſolo. q illd. Je. xvij. male
dictꝰ qui ꝯfidit ī hoīe ⁊c. q g. ħ ē ſa pſ. c. ī
quo ſēſū coꝝ carnalē redarguit ⁊ erroneū
eē oñdit. q. ſ. doctores ecce ⁊ plati nō ſūt ac
tores ūre gre ut uidebāt opinari ſꝫ ſolū
miſtri. ⁊ ħ oñdit p° ex ſui ⁊ alioꝝ cōit. ij. ex ſui
qui ceteris maior erat ſpālibꝫ ꝑ gram. In
p° pte p° oñdit q doctores ⁊ plati ecce n̄ ſūt
gre actores ſꝫ miſtri. ij. oñdit q nllagn ħnt p°
tatē gram ꝯferēdi. ego plātaui. iij. q mlto
differēter remunerabūtꝛ p mēſura laboris ſui
vnuſqſq. In p° pte p° qrit q poſſūt doctores
ecce ⁊ plati. ij. reſpōdꝫ q ſolū ſūt dī miſtri. miſtri
iij. q dīuſa ħnt miſterij officia ⁊ unicuiqꝫ dr
g°. quid g°. q ⁊ qm̄ qdē ī hys glārū. q g° ē apol
lo qui mīor ē. quid n̄ paulꝰ qui maior ē. miſtri
eꝰ cui credidiſtis. ſ. x. nō actores gre ſic x. pſa
xlij. x. lxj. uos aꝰ ſacdotes uocabimī miſtri
dī nr̄i. dicetꝛ uob. heb. iij. moyſ. fidelꝰ ī oī domo
eius. tāq famulꝰ ⁊ unicuiqꝫ. q. ita miſtri ſūt
⁊ nō miſtrāt uno ⁊ eod m̄. ſꝫ unuſqſqꝫ miſtrat
ſic dš dedit unicuiqꝫ. i. ſic dš diuiſit ſingulis.

offitia ephe. iiij. dedit in ecclesia quosdam quidem apostolos
et cetera. ego plantaui. hic ostendit quod nullam humanitate sibi
gratiam conferendi. et post ostendit quod in hominum iussione opera
tur homo. et quid deus. hic concludit quod homo non operatur in
terius. Itaque. iii. quod eque bonum operatur unus sicut alius qui
plantauit. dicit ergo ego plantaui. quasi ita unicuique minister
sicut deus dedit unicuique ego enim plantaui per predica
tionem. scilicet ad fidem conuertendo. Ier. i. ego plantaui
te uineam electam. Apollo rigauit. id est scilicet a me con
uersos baptizando. ecc. xxiiii. dixi rigabo or
tum plantationum et cetera. sed deus non nos. incrementum dedit
gratiam. scilicet interius infundendo. Io. dicitur gen. xxvi. creuit
crescere faciat deus et cetera. quasi dicit. nullus alius per. Itaque. quia
solus deus incrementum dat. neque qui plantat predi
cando ut paulus. est aliquid. id est aliquid magnum uirtutis in dan
do ex se gratiam. neque qui rigat baptizando ut
Apollo. sed interius qui incrementum dat gratiam in
fundendo. est aliquid. scilicet deus. ideo ipse solus deus agricola
dicitur. Io. xv. pater meus agricola. apostoli non sunt eius
operarii. aug. frustra operarii omnia mouerent ex
trinsecus nisi creator intrinsecus latenter operaretur. qui
plantat autem predicando. scilicet paulus. et qui rigat
baptizando. scilicet Apollo. unum sunt. id est indifferentes
in operando quia extrinsecus tantum operantur quamuis alter
maior sit altero. aug. unum sunt sicut genere non
similitudine uel ratione quia deus equaliter operatur sed diuisi te
mus ... unusquisque habet ostendit quod differenter re
munerabuntur per mensuram laboris sui et post ostendit
quod secundum mensuram laboris sunt sunt remunerandi. hic
ostendit quod merito quia sunt adiutores dei. dicit. ibi
ostendit in quo. scilicet in effectum duplicem. dei enim agricultura:
dicit ergo unusquisque et cetera. quasi ita in operando et dando
non differunt. sed in labore et mercede. unusquisque enim
propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. id est secundum mensuram
laboris sui quo laborauit operando extrinsecus
in ps. labores manuum tuarum quia manducabis
et cetera. et mt. xx. uoca operarios et redde illis mercedem
suam. dicit. hic. quasi et bene dixi mercedem dei enim adiutores
sumus in colenda. scilicet uinea domini. non propter eius indigen
tiam. sed propter meritum nostrum. et hic habet propter quia dei agricul
tura estis. in extirpatione uitiorum. Io. xv. omnem pla
palmitem in me non ferentem fructum purgabit eum
et cetera. dei edificatio estis in positione uirtutum. hec duo ad
solum deum pertinent. uel agricultura refertur ad uitam
actiuam edificatio ad contemplatiuam. ¶ Notandum uero
quod offitium plantandi sicut agricole circa arbusta multi
plex est. primo euellendi uitia extirpando. Ier. i. ut
euellas et destruas. ii. plantandi uirtutes inserendo
do. ysa. ut plantes celos et fundes terram. iii. fo
diendi terram ab eis euacuando. Job xxix. terram
ungula fodit. iiii. stercora mittendi defectus suos
et peccata sua eis ostendendo. luc. dimitte eam et hic anno
usque dum fodiam circa eam. et mittam stercora. v. rigandi
compatiendo flendo et orando. Job xxx. flebam quon
dam et cetera. ii. cor. ii. et defleam multos ex eis. vi.
putandi corrigendo et emendando cant. ii. tempus
putationis aduenit. vii. custodiendi diligentem cu
ram adhibendo. cant. ult. posuit me custodem in
uineis. viii. fructus colligendi uisitando et inquirendo
... ¶ Venit querens fructum et cetera. secundum gratiam. hic ostendit
quod doctores plantandi et cetera non sunt arbores grece. sed mult
tum est sui spatio ... per dicit se fundamentum fidei p
posuisse ad fidem eos conuertendo. monet autem quod su
peredificet super fundamentum operando unusquisque. ibi. iii.
reddit rationem cauendi quia fiet operum manifestatio.
si quis autem. iiii. ostendit quod et cui. scilicet per ignem in iudicio
dies enim domini dicit ergo secundum gratiam. quasi ita nos estis dei edi
ficatio in quo ego. secundum gratiam que data est mihi a deo. sed id est per
quam accepimus gratiam et apostolatum ut sapiens. id est discre
tione. utens architectus. id est princeps edificii spiritualis.
ps. constitues eos principes et cetera. fundamentum posui
fidem. scilicet que dicitur fundamentum apostolorum et cetera. eph. apo.
xxi. fundamentum primum iaspis qui suo uirore fi
dem designat. mt. xvi. super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. alius autem edificat super hoc fundamentum
scilicet bona opera. i. pe. ii. superedificamini domus spiritua
les et cetera. unusquisque autem uideat. id est diligenter attendat
quomodo. id est cuiusmodi opera superedificet an scilicet in ore
stulti. an in ore sapientis. mt. vii. nam in uia dei ali
ter. aliter scribat fundamentum. quasi et quod super edificatione
tamen uidendum est. fundamentum aliud nemo potest ponere.
ad quod tamen innititur pseudo. preter id quod positum est a
me. scilicet qui est xpistus ihesus. id est fides que per dilectionem operatur. ysa
ia xxviii. ecce ego mitto in fundamentis syon la
pidem angularem. scilicet xpistum in spirituali eius edificatione
fundamentum est illud ad quod tendit pondus edificii.
est autem pondus quoddam in elementis deorsum. secundum glo. si quis autem.
quasi ita autem uideat quisque quid superedificet. quia uniuscuiusque
opus quale sit manifestabitur. si quis autem. legitur autem hic
dupliciter uno modo de uita alio modo de doctrina. primo modo sic
si quis autem superedificat super fundamentum hoc fidei catho
lice aurum argentum lapides preciosos. id est opera perfec
tionis. aurum. scilicet in contemplatione et amore dei. argen
tum in dilectione proximi. lapides preciosos in operibus bonis
secundum hug. uel si superedificat ligna fenum stipulam fenum
id est peccata uenialia sua opera. ipso facto nisi mortalia destruunt
fundamentum. unde non dicit secundum greg. ferrum es plumbum. sed ligna.
id est peccata uenialia maiora fenum. id est mediocria. stipu
lam. id est minora. unde secundum hug. per lignum intelliguntur affectus con
iugatis qui magis adheret per fenum affectus posses
sionis qui minus adheret. per stipulam affectus famu
liaris qui minime ... superedificauit. id est iunxit sicut
dicitur in ps. qui firmauit terram super aquas. id est iuxta. si quis
in quo habet uel illa superedificauit. uniuscuiusque opus quale sit
manifestum erit in fine et si non modo quando deus illuminabit
abscondita tenebrarum. i. iiii. secundo modo legitur sic. si quis autem
superedificat super fundamentum. hoc aurum argentum lapides
preciosos. id est doctrinam sanam in auro intelligatur intellectus
ueritatis in argento sonoro eloquium ueritatis in la
pidibus preciosis ex ueritatis. uel si superedificat.
ligna fenum stipulam. id est doctrinam uanam et friuolam
ut in ligno intelligatur falsitas ignorantia dictorum in feno

ter siccitas. in stipula curiositas secundum hug. permittuntur
opus quod superedificauerunt manifestum erit in fine. Et
quod sequitur. non potui uobis loqui quasi spiritualibus. glo. eadem
predicabat apostolus carnalibus et spiritualibus. Contra sup.
ii. sapientiam autem loquimur inter perfectos. Responsio glo. intel
ligit de necessariis ad uitam. Item sequitur tanquam paruulis in christo.
glo. in christi cognitione. Contra paruitas ad quantitatem pertinet
cognitio ad qualitatem. Responsio quantitas intutius qualitas
est. Item sequitur lac potum uobis dedi. glo. non est necesse
ut aliqua secreta taceantur paruulis. dicenda perfectis.
Contra non possunt omnia capere paruuli que capiunt perfecti.
Responsio hic intelligendum puto solum de necessariis ad salutem.
Item sequitur adhuc enim carnales estis. glo. car
nales enim sunt qui et animales. Contra caro et anima eon
tialiter differunt. Responsio caro et anima pro ut hic accipiuntur
idem sunt. scilicet sensualitas. hic caro nominat eam a parte
materie. Item sequitur cum enim quis dicit ego sum pauli.
glo. non est hic peccatum minus aggregare. Contra peccatum
est errare in omnibus quam in aliquo. Responsio non est minus peccatum
igne. quia utrumque est infidelitas. hic in isto minus est.
Item sequitur. nisi eius cui tradidi. glo. si magis per me
liores datur in baptismo quam per minus bonos. Contra per me
lius ministrum sit melior actio nisi uel similis
est instrumentum aliquod secundum philosophum. Responsio per meli
us instrumentum sit melior actio in instrumentis. hic non actio
que est solius agentis per instrumentum. Item sequitur qui
plantat et qui rigat unum sunt. glo. sic genere non
tamen ministerio idem. Contra alius est ministerium plantan
di alius rigandi. Responsio glo. intelligit de ratione minis
terii generali non speciali. quasi scilicet exterius operantur ambo
hic differenter. Item sequitur unusquisque propriam mercedem ac
cipiet secundum suum laborem. Contra merces mensuratur secundum
charitatem non secundum laborem. Responsio apostolus loquitur hic
mercede accidentali non essentiali. Item sequitur dei enim adiu
tores. Contra psalmus bonorum meorum non eges. Responsio dei ad
iutores sumus ex parte operis operati non ex parte operis
operantis. Item sequitur quod est christus ihesus glo. id est fides christi
ihesu. Contra edificium spirituale manebit fides non ma
nebit. Responsio non est fundamentum edificii spiritualis simpli
citer. hic in statu isto. Item ibidem glo fides que per
dilectionem operatur in fundamento posita neminem perire
sinit. Contra fides forte semel habita non semper ma
net. Responsio glo. intelligenda est coniunctim. scilicet quamdiu fi
des manet non dimittit. Item sequitur ligna. fenum. stipula. glo.
hic tria de minimis operibus accipienda sunt. Contra
tamen dicitur quod sunt immoderate cupiditatis uel uenialia.
Responsio hic tria supponunt pro uenialibus non pro mortalibus
que dicuntur mala opera simpliciter.

Dies enim domini et cetera.

Ostendit quod cautus esse debet qui superedificat quia
fiet operum manifestatio hic ostendit quando fiet et
quomodo fiet. scilicet per ignem et iudicium. Primo dicit quod quia in ig
ne iudicabitur. ii. quod per ignem opera singulorum exa
minabitur et unusquisque. iii. quod opera perfecta statim
remunerabit. sicut opus. iiii. quod opera imperfecta per ig
nem purgabit. si cuius opus exarserit. dicit ergo dies
enim. quasi ita unuscuiusque opus manifestum erit et uere. dies
enim domini et cetera. hic legitur tripliciter. uno modo de die iudicii
generalis. secundo modo de die iudicii particularis uel mortis.
iii. sit. dies enim domini id est dies iudicii generalis in quo
enim est dies hominis preuolutus sua agentes hic tunc erit
dies domini. psalmus cum accepero tempus et cetera. declarabit opus
cuiuslibet quale sit. quia in igne precedente faciem iudicis
reuelabitur id est manifestabitur dies domini. scilicet ignis ante
ipsum precedet et cetera et unuscuiusque opus quale sit. utrum firmum
uel solubile ignis scilicet futuri iudicii probabit. in igne
enim probatur aurum et cetera. ecclesiasticus ii. si enim fuerit opus firmum et
perfectum ignis non nocebit. si imperfectum ignis eum cre
mabit et sic purgabit. si cuius opus manserit
inconsumptum. scilicet ab igne ut opera sancti exarauerunt que
numquam excidit. i. xiii. opus inquam quod superedificauit
super fundamentum fidei mercedem accipiet quia nichil de
opere suo perdet et quod amauit inueniet. si cuius opus
arserit. id est in crematione ab illo igne fuit ut opus
imperfectionis. ecclesiasticus xiiii. omne opus corruptibile in fine defi
ciet detrimentum patietur in iudicis gloria. quia non ita cito
glorificabitur. uel est detrimentum alicuius pene. ipse enim sal
uus erit. quasi licet et detrimentum patiatur tamen saluabitur
propter fundamentum quod stat firmum. scilicet fidem per dilectionem
operantem augustinus quia dicitur saluus erit. contempnitur ille
ignis grauior tamen erit ille ignis quam quicquid homo pati
potest in hac uita saluus inquam. sic tamen quasi per ignem quia
ab illo igne affligetur. quasi uero cremabile secundum beneplacitum
suum. xiii. omne quod potest transire per flammam igne purga
bitur. secundo modo legitur sic. dies domini id est dies mortis uniuscuiusque
in qua deficit dies hominis. declarabit opus cuiuslibet
quale sit. quia in igne reuelabitur. in igne scilicet purgato
rio. Job. xxviii. aurum locus est in quo conflatur et uniuscuiusque
opus quale sit. firmum aut solubile. ignis scilicet purga
torius probabit. si cuius opus manserit inconsumptum ab ig
ne purgatorio opus inquam quod superedificauit mercedem
accipiet statim. quia statim euolabit. quasi non habet purga
dum. si cuius opus arserit. id est crematum fuit ab igne
purgatorio. detrimentum patietur uel in iudicis gloria
quia non ita cito glorificabitur. uel alicuius pene quia in igne pur
gatorio cruciabitur ipse enim saluus erit tandem. sic
enim quasi per ignem purgatorium per quem transibit. iii. modo legitur
sic dies domini. scilicet dies presentis tribulationis in qua facit deus
quod uult et non quod hominis uoluntas. declarabit opus cuiuslibet
quale sit. quia in igne id est in presentis tribulationis ardo
re reuelabitur uniuscuiusque opus quale sit ignis id est ardor
presentis tribulationis probabit et cetera. uasa figuli probat
fornax et cetera. si cuius opus manserit inconsumptum ab ig
ne tribulationis. opus inquam quod superedificauit super fun
damentum fidei ipse mercedem accipiet pro illo opere. si
cuius opus arserit. id est ardore presentis tribulationis
consumptum fuit detrimentum patietur in iudicis gloria uel alicuius
pene. ipse enim saluus erit in fine. sic tamen quasi per ignem
id est per ardorem presentis tribulationis. nescitis. hic est. iii. pars
capituli in qua sensum carnalem deponere eos monet

et inducit. et post in ducit eos ne spirituale edificium
in se destruat. ii. ostendit quomodo non destruat. sed si erro-
rem deponant. nemo. iii. ut possint deponere morem ut
in hominibus amplius spem non ponant. Itaque in prima parte primo
ostendit quod ipsi sunt templum spiritus sancti. ii. quod templum eiusdem
non debet violari. si quis. iii. probat per sanctitatem ipsius templi. tem-
plum enim dei. Dicit ergo nescitis quasi et deberetis cavere quod si edifi-
cetis nescitis enim quod et templum dei estis. i. vi. nescitis
quod membra vestra templum sunt spiritus. levitici xxvi. ponam taber-
naculum meum in medio vestri sive in corde. et per quod spiritus dei
habitat in nobis et in templo. psalmus dominus in templo sancto suo. si quis
autem templum dei violaverit. vel in se vel in aliis sicut per secundo
qui fundamentum huius templi mutaverit errore. disperdet il-
lum deus. i. in corpore et in anima perdet sicut sacrilegum hoc est contra vio-
latores monialium et sacrarum virginum perdet quibus psalmus
prophetia. polluerunt templum sanctum tuum. templum quod et mirum
disperdet illum deus. templum enim dei sanctum est a tempore baptismi.
psalmus domum tuam domine decet sanctitudo quod estis vos. sed autem
et secunda corinthiorum. sicut enim tabernaculum dividebatur legale in duas
partes. una pars dicebatur sancta. altera sancta sanctorum. hebr.
et. nemo. hic ostendit quomodo non violabitur nec destru-
etur edificium spirituale. sed si errorem deponant et per
morem ut caveant decipi. ii. ostendit quomodo caue-
bunt. scilicet sapientiam mundi deponendo. si quis. iii. osten-
dit per rationem quod debet deponi sapientia. iii. continuat
autem dupliciter sententiam dicit ergo. nemo. quasi ducat
vaco in fallentes nos cum vos et cetera. qui enim se ipsum
seducit liberius alium seduceret. galatas vi. se existi-
mat aliquid esse cum nihil sit ipse se seducit. sed potius si
quis inter vos videtur non est talis enim sapiens potius est
apparens quam existens. sapiens esse in hoc seculo. i. secundum sapi-
entiam huius seculi. stultus fiat apostolus se sensum. scilicet fidei contrarium
deponendo. i. iiii. nos stulti propter christum et hoc ut sit sa-
piens. sapientia divina vere scilicet credendo. luce. xix. legitur
quod zacheus ascendit super ficum fatuam ut videret
ihesum. i. factus est stultus secundum mundum ut esset sapiens secundum
deum. sapientia. quasi et mirum hoc facientes est sapientia enim huius
mundi. de qua iacobi. iii. non est ista sapientia desursum et cetera.
qui potius dicitur astutia. augustinus. sapientia alium potest per
astutiam abusione alibi non proprie. stultitia est apud
deum. quia deus facit contrarium iudicio sapientie mundane
ysaia. xix. stulti principes thaneos sapientes con-
siliarii pharaonis et cetera. ut enim esse sapiens. horreat di-
latare ad capiendas stultus fiunt et tamen divitiis
hoc proponentem dicitur est. luce. xii. stulte hac nocte et cetera.
scriptum est enim iob. v. ubi habetur qui apprehendit sa-
pientes in astutia eorum et consilium pravorum dissipat.
comprehendam. i. facias ostendam. sapientes huius mundi a
astutia eorum faciendo. scilicet aliter quam ipsi credant posse
fieri ysaia. xliiii. convertens sapientes retrorsum et scientiam
eorum stultam faciens. et tamen scriptum est in psalmo. novit
dominus cogitationes sapientium. licet eas a domino velint
abscondere. ysaia. xxix. ve qui profundo estis corde
et cetera. et ponit hic sapientum loco eius quod est hominum. quia homo
est animal rationale discretivum. quoniam vane sunt. i. false. sapientia.
i. auferet se a cogitationibus quas (?) (?) Itaque

hic ad deponendos errorem morum ut de certo in hominibus
spem non ponant. et post ponit admonitionem. secundo
rationem omnia. iii. rationis recapitulationem ut addat
omnia. dicit ergo itaque. quasi et quia mundi sapientia mundi stulti-
tia est apud deum. Itaque nemo glorietur in hominibus in baptis-
mis vel doctoribus. quia scilicet sit baptizatus a paulo vel ab apol-
lo. sed in solo deo qui est actor gratie. homo autem minister solum. quia
omnia. quasi si deberetis gloriari. omnia enim vestra sunt ad serviendum
vobis. scilicet nobis data. non est autem gloriandum in de rebus excel-
lentioribus. ro. viii. diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum. omnia inquit et hec sive paulus qui de maiori-
bus. sive apollo. qui minorem paulo. sive cephas qui
maximus omnia. sive mundus ad utendum vel etiam mundana ad
fruendum. sive vita presens ad merendum. sive mors.
. i. finis vite presentis ad recipiendum. ecclesiastici xli. o mors
bonum est iudicium tuum et cetera. vel sive vita. i. doctorum
conversatio ad imitandum. sive mors. eorum ad dolendum
vel sive vita. i. boni angeli in auxilium. sive mors. i. mali
angeli exercitium. apoc. vi. nomen illi mors. sive presen-
tia ad sustinendum. can. v. lena est sub capite meo
et cetera. sive futura ad sperandum. math. xxv. venite benedicti pa-
tris mei percipite regnum. quod. vi. pro est et cetera. omnia enim vestra sunt
glo. que sunt in mundo. psalmus. omnia subiecisti sub pedibus
eius et cetera. Ideo homo post omnia conditus est. gen. i. vos autem non
hominis. ideo non in homine deberetis gloriari. sed in christo quia christi estis
pretio magno et cetera. christus autem dei patris et filius. i. xi. caput christi
deus. ¶ Modo secundum id quod ad sanctificationem templi spiritualis
requiritur in littera quod solet fieri in sanctificatione templi materialis
postquam debent ossa infidelium eici. i. peccata per confessionem. Ie-
remie viii. eicient ossa regum iuda et principum. ii. cineres in
pavimento spargi per cordis humilitatem. sic faciebat ge-
nesis xviii. loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis
. iii. duo littere alphabeti inscribi per legem dei studium
et meditationem. psalmus. quomodo dilexi legem tuam domine et cetera. iiii. aqua
benedicta habundanter aspergi per lacrimarum assiduitatem. psalmus lavabo per singulas noctes et cetera. v. cruces
in parietibus depingi per carnis et sensuum mortifi-
cationem. galatas vi. stigmata domini ihesu et cetera. vi. de-
pinde crismate inungi per mentis sanctam leticiam
ac alacritatem. math. vi. tu autem cum ieiunas et cetera.
unge caput tuum. ecce crisma. vii. luminaria illis
accendi per splendidam conversationem. luce. xii. sint lumbi vestri precincti
et lucerne ardentes. viii. circuitus plures circa ecclesiam per multam
diligentiam et circumspectionem. can. iii. surgam et
circuibo civitatem et cetera. ix. sancti alicuius nomen intitulari
per sanctorum imitationem. i. mach. ii. memento operum
patrum que fecerunt in generationibus suis. x. missa celebrari
per assiduam dei laudem et gratiarum actionem. psalmus immo-
la deo sacrificium laudis et cetera. ¶ hic quod secundum
in igne revelabitur. dicit glossa. duos ignes futuros
legimus unum eternum quod sequitur iudicium alterum quod prece-
det. ¶ Unde ysaia ultimo. dominus in igne veniet. glossa. ignis
eternus erit qui malos involvet et quod post purgabit quod
in bonus purgandum est et secundum id est. Responsio. quod dicit quod duo
sunt per essentiam et quod in glossa illa ysaia ultimo. fit vel (?)
plex non personalis sicut si dicas mulier quod dampnavit

saluauit. alii dicunt quod duo sunt per effectum non per essen
tiam. Ibi est .i. detrimentum patietur. glo. mino
ris glorie. Contra preciosa caritas non minuitur. alioquin
quomodo peccata multiplicata totaliter destruerent. sed non gloria.
Responsio glo. loquitur de minoratione glorie quo ad extensio
nem diuisionis non quo ad intensionem. Ibi est ipse autem sal
uus erit. quasi per ignem. glo. post istius corporis mortem si
super derelictorum qui edificauerunt lignum fenum stipu
lam. hunc ignem dicunt propterea quod non sentiatur non
tedarguo. quia forsitan hic unum est quod dubium est. Contra si
des uera supponit esse purgatorium. Responsio in dubitatione
est hic unum est. sed ideo forsitan addit. quia in sacra scriptura
expressum est non est. Ibi ibidem glo grauior est ille ignis
quam quicquid homo pati possit in hac uita. Contra uenialia
sufficienter et tamen digne puniuntur aliquando per se tantum pena.
quod ulterius condignum puniuntur pena purgatoria. Responsio
si utrique esset in eodem foro bene concluderet. Sed mutato
foro mutatur pena et minor illa est et si sit maior
ponderem non tamen ualore. quia minus habet de uoluntario.
Ibi in eodem glo. de minimis peccatis non illic purgatoris
obtinent qui in hac uita meruit. sed in dampnato
ueniale eternaliter punietur. Contra differt mortale
et ueniale male ueniale minus hic quia illi debetur pena eter
na huic temporalis. Responsio per se debetur uenialia peccata
pena per se temporalis per accidens tamen ratione ad uincti mor
talis debetur ei pena eterna proportionalis tamen pene
peccati mortalis. Ibi ibidem glo. opus quod ardet de ma
la doctrina est. Contra mala doctrina peccatum mortale
est. sed dampnat. ergo falsum est quod sequitur saluus erit.
Responsio mala doctrina duplex est uel errans in necessitate et ex
obscuratione hic peccatum mortale est. uel non in necessitate et
ex surreptione hic est ueniale peccatum. Ibi ibidem glo.
cum perdidit in eternum pereat prodesset illi et uel ex parte cre
didisse. Contra .ii. pe. ii. melius erat illis non cognoscere uiam ueritatis
non agnoscere et cetera. Responsio melius erat illis sed quod quia de
apostasia punietur non simpliciter. Ibi est .i. templum
dei sanctum est. glo. quem spiritum sanctum susceperunt consessus ille
cum patre et filio qui nos eadem sede facit dignos.
Contra sedes illa quomodo est increata. Responsio eadem .i. in simili.
Ibi ibidem glo. deus habitat apud se. Contra Jo. .i. ubi
erat apud deum glo. ut alius apud alium. sed ipse hic in propor
tate distinctionem personarum. Responsio apud se hic exponendum est
per priuatione et positione. Ibi est .i. stultus fiat
glo. deum. Contra nimium credit posse. Contra aug. actor
ne ... facit contra ... Responsio facit contra non cursum. hoc non
obedientiam. Ibi est .i. nemo glorietur in hominibus. Contra
.ii. cor. .i. gloria uestra sumus. Responsio non est gloriandum in homi
bus principaliter. sed in deo solo. Ibi est .i. siue cephas.
glo. qui magnus est. Contra in caritate ei restitit glo.
tamquam par. Responsio pares erant officio predicationis
sed non platonis. Ibi est .i. et uos autem christi. glo. et christus dei
deus pater non tamquam diuersi alius alterius. sed tamquam filius
patris. Contra sed christus pater sed nimium diuinitatem. sed non est equalis patri.
Responsio quia ipse hunc diuinam nimium christus patri non tamen sed ei sed
secundum humanitatem

Sic uos existimet homo et cetera.

Postquam a loco ipso illo primi capituli non in capitulo
uerbi arguit eos qui contempnebant simplicem
predicationem. hic arguit eos qui contempnebant predicatorem
et primo ponit increpationem. ii. increpantis ostendit
affectum. non ut confundam. Iz. In prima parte primo increpat
qui uero apostolos contempnebant. ii. qui de suis gloriabantur
et contendebant. hic autem fratres. iii. quia de se mi
nus presumebant. iam saturati. In prima parte primo agit
de contemptu suo et aliorum communiter. ii. de contemptu suo specia
liter. mihi autem. In prima parte primo monet ut bene de ueris apostolis
sentiatur. hic iam quod dicit sic nos. quasi omnis sui est quod solus
deus est actor gratie nos autem auditores solum et ministri
et ideo nos existimet homo. quilibet homo .n. est de homine
bona sentire. ro. xii. compati intuente sentientes et ministros
non non dominos quo ad officium. i. pe. v. non ut dominan
tes in clero et cetera. ministros christi non autem ut pseu
do. ii. cor. xi. non mirum si ministri sathane transfi
gurantur uelut ministri iustitie et dispensatores .i.
distributores quo ad usum ministrorum dei .i. sacra
mentorum diuinorum. uel ministrorum .i. ecclesiasticorum offici
orum. hic iam quod sic de nobis existimandum est. sed tamen hic .i.
inter nos corinthios. iam in presenti. cum exspectandum esset
diuinum iudicium uel glo. quod a uobis queritur inueniatur inter
dispensatores ut fidelis. cum sic possit credi quod bene
dispensent. prouerbia xx. multi homines misericordes uocan
tur uirum autem fidelem quis inueniet. luc. xii. quis putas
est fidelis dispensator et cetera. Nota hic quod mali dis
pensatores infideliter dispensant. viii. sunt ecclesie stipen
dia quia quod pauperum sunt expendunt in superfluis. oz.
xv. non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. ii.
ecclesie beneficia quia dant prebendas nepotibus et consanguineis.
mich. iii. ve qui edificant syon in sanguinibus. iii.
ecclesie sacramenta quia ministrant ea peccatoribus
manifestis et usurariis et he. os. vi. nolite
sanctum dare canibus. iiii. ecclesie documenta quia non predicant
temporibus oportunis. ysa. lvi. canes muti non ualen
tes latrare. v. ecclesie iudicia quia non bene seruient
oppressis. ysa. i. pupillo non iudicant et causa uidue non
ingreditur ad eos. vi. ecclesie officia quia cum fiunt ordi
nes et curas personis non ydoneis. contra illud deut. i. date
ex uobis uiros sapientes et cetera. vii. ecclesie uasa. quia
tractant ea manibus pollutis. contra ysa. lii. munda
mini qui fertis uasa domini. viii. ecclesie templa. quia non
purgant a sordibus non ornant debitis ornamen
tis. ita ut dici possit illud .i. mach. ii. templum eius sicut
homo ignobilis. mihi autem. hic agit de contemptu suo speciali
ostendens quod non debent eum iudicare propter .iiii. rationes.
primo quia non timet iudicium eorum. ii. quia ipse audet iudica
re seipsum. sed neque. iii. quia ad deum solum pertinet eius
iudicium. qui autem. iiii. quia nondum est tempus ad iudican
dum. itaque nolite. dicit ergo mihi. quasi ita quod inter dispen
satores et cetera. sed quisquis de aliis mihi pro minimo est .i. mi
nimum reputo et parum curo propter testimonium con
scientie. ii. cor. i. gloria nostra hec testimonium conscientie nostre.
ut a uobis iudicer. quasi infidelis dispensator pro magno
non habeo et cetera. si a uiris spiritualibus. sed pro minimo

Margin notes: transitione; aliq; obstinacione; so ondit quod male sentiebant; panem

q a vob carnalibus. aut ab humano die dicitur dupliciter
pre modo ab humano die. i. ab iudicio humano.
qui non videt occulta. i. reg. xvi. homo videt ea que etc.
secundo modo. ab humano die. i. ab homine dum est in suo
die. s. in vita presenti. Job xiiii. breves dies hominis
etc. sed neque meipsum iudico. ego qui melius me no
vi quam alius. tanta enim est profunditas cor
dis humani ut lateat ipsum hominem etc. Jere. xvii.
pravum est cor hominis et inscrutabile. nichil enim. q.
et recte non iudico meipsum. nichil enim mihi conscius
sum. conscientia remordente. act. xxiii. viri fratres
ego in omni conscientia bona conversatus sum ante deum
usque in hodiernum diem. sed non in hoc iustificatus
sum. i. non ideo me iustum reputo. quia potest
esse aliquod delictum quod nescio. delicta quis intelli
git. ecce. ix. nemo scit utrum odio an amore
dignus sit. qui autem. q. neutique ego debeo me
iudicare nec vos. autem sed. qui iudicat me.
i. qui potest et debet me iudicare dominus est. qui so
lus omnia novit. ps. deus iudex iustus etc. itaque.
q. et solus deus debet me iudicare. itaque nolite
ante tempus iudicare. s. iudicare. mt. vii. nolite iu
dicare etc. ro. ii. inexcusabilis es o homo omnis qui
iudicas. quo adusque veniat dominus. ad iudi
candum. ysa. iii. dominus ad iudicium veniet cum se
nioribus populi sui. qui et illuminabit. i. aperta fa
ciet abscondita tenebrarum. i. peccata occulta.
mt. x. nichil opertum quod non reveletur. ps. revela
bit condensa. et manifestabit consilia cordium.
i. cogitata. quia tunc libri conscientiarum aperientur.
dan. vii. iudicium sedit et libri aperti sunt. et
tunc erit a deo laus. i. remuneratio secundum merita
unicuique bene agenti. et bene cogitanti. hic autem
ut ait ambrosius nescitur quis sit laude dignus.
eccl. xi. ne laudes hominem in vita sua. pv. ult.
laudent eum in portis opera eius. Hec autem
fratres. hic secundo arguit quia de pseudo gloriaba
tur et contendebant. et primo ostendit quod in hominibus
gloriari non debeant. secundo quod in solo deo gloriari
debent. quis enim. Ubi primo ostendit quod solus
deus animas iustificat. secundo quod solus deus bona prestat.
quid enim habes. tercio concludit quod nullus de bono quod
habet gloriari debeat. hec autem. dicit glosa. hec autem
q. ita dixi scilicet non est gloriandum in nobis. et po
sui exemplum de me et apollo. hec autem o fratres transfi
guravi. i. figurate dixi. in me et in apollo.
i. in me et apollo proposui figuram pro aliis. ac
si diceret non monui vos non gloriemini in me
et in apollo. quia in nobis gloriemini aut gloriare
mini in nobis. sed in pseudo. sed figurate loco
pseudo posui me et apollo. amb. nominati
illos designato non figuratim. ne maior nas
ceretur discordia. nemo enim audiens nomi
num ut eius cui timet obnoxius est tacere.
tacito vero nomine audiens aliquid de se dom.
dissimulat et hoc feci propter vos. i. propter utilita

tem vestram hanc. s. ut in nobis qui maiores sumus
discatis. ne supra quam scriptum est. Jere. ix. ubi
nisi in solo deo gloriari precipimur. unus adversus alte
rum inflatur pro alio. i. adversum pro se contemptu
sit alius. i. melior alio. vel pro alio. s. doctore
ut baptizat tamquam sit a meliore baptizatus
vel edoctus. quis enim. q. nec debes gloriari nisi
in deo. quis enim te discernit a massa. s. perditorum
nisi deus. q. d. nullus alius. quid. q. si dicas iusticiam
meam me discernit quid habes boni. quod non ac
cepisti a deo. q. d. nichil. Jac. i. omne datum
optimum etc. si autem accepisti a deo quid gloria
ris. in te vel in alius quod non acceperis a deo sed
a teipso vel ab alius. ps. non nobis domine non
nobis. sed nomini tuo da gloriam. vel quid habes a
pseudo. s. quod non accepisti a nobis. q. d. nichil bo
ni habes a pseudo quod non acceperis a nobis. si autem
accepisti a nobis quare gloriaris contra nos. quasi
non acceperis a nobis. Jam saturati. hic argu
it eos quia de se nimis presumebant ostendens yro
nice primo eorum presumptionem. secundo apostolorum abiectionem.
puto. eorum presumptam perfectionem
describit in tribus. primo in spiritualibus deliciis.
secundo in spiritualibus diviciis. Jam divites. tercio
in spiritualibus honoribus. sine nobis. dicit glosa. iam sa
turati. q. in aperto quidem vos. sed non recte
videor hec facere. et est yronia. quia iam sa
turati estis. i. pleni spiritualibus deliciis. ps.
Edent pauperes et saturabuntur. Jam divites
facti estis. q. et alios ditare potestis. apo. iii. di
cis quia dives sum etc. sine nobis regnatis. i.
regitis vos. apo. i. fecit nos deo nostro regnum
et sacerdotes. et utinam regnetis vere. i. bene
vos regatis. sen. dabo tibi magnum imperium
impera tibi. et ut nos vobiscum regnemus nos
dico vos vobiscum quia dedignemini nos regere
puto enim. hic ostendit yronice apostolorum abiectionem.
primo secundum reputationem divinam. secundo quo ad
existimationem humanam. nos stulti. tercio
quo ad veritatis existenciam usque in hanc
horam. dicit glosa. puto enim. q. ita dixi quod
sine nobis regnatis. puto enim. yronia est. quod
deus nos apostolos novissimos ostendit. i. vilis
simos de quibus non curatur. tamquam morti des
tinatos. i. ad nullam utilitatem valentes
sed ad mortem reservatos. ps. estimati sumus
sicut oves occisionis. vel potest legi sine yro
nia sic. puto. q. ideo nobiscum regnare debe
tis quia puto. i. certus sum. quod deus nos apostolos no
vissimos vocavit elegit. i. similes novis
simis scilicet in tribulationibus. s. enoch et he
lye. xi. tamquam morti destinatos. i. morti
reservatos. quia spectaculum facti sumus mundo
quia ad nos concurrunt ad videndum ut ad mon
stra. glo. ita sit nobis ut illis qui a vic
toribus morti sicabantur etc. spectaculum

queriebat pplus. Job. xij. deridetur iusti simplicitas. et angelis et hominibus. glo. quod nomine dilectionis subdit. et an. et ho. tam malis quam bonis ut confortent et laudent malis ut insultent et irrideant. nos stulti. hic tangit despectionem apostolorum secundum estimationem humanam in terris. primo in scientia. secundo in potestate. nos infirmi. iij. in reverentia. nos nobiles. dicit ergo. nos stulti propter christum. cuius crucem predicat que a gentibus reputatur stulticia. nos vero prudentes in christo reputamini. scilicet tacendo secundum glo. prov. xvij. stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur. nos infirmi. id est afflicti. ij. cor. xi. libenter gloriabor in infirmitatibus meis. vos autem fortes. id est potentes et securi. vos nobiles. id est tenendi nobilitate carnis non spiritus. nos autem ignobiles. id est despecti. contra id. i. reg. ij. qui contempnunt me erunt ignobiles. Michi pro minimo est ut a vobis iudicer. contra ecc. vij. curam habe de bono nomine. Responsio. de iudicio bonorum curandum est sed non malorum de iudicio malorum. Item supra id. sed neque meipsum iudico. contra i. cor. xi. si nosmetipsos iudicaremus. et cetera. ergo bonum potest homo se iudicare. Responsio. verum est iudicio discussionis sed non diffinitionis. vel accusando se non iustificando. Item supra id. nichil michi conscius sum. glo. in nullo remordet me conscientia. contra. nullus est sine peccato in terra ista. i. jo. i. si dixerimus quia peccatum et cetera. Responsio. remorsus proprie est de mortalibus sed punctura conscientie de venialibus. Item supra id. nolite ante tempus iudicare. glo. suspiciones vitare non possumus quia homines sumus. contra. nullus peccat in eo quod vitare non potest ait aug. Responsio. non possumus. id est vix possumus. vel in particulari possumus quamlibet. sed non vitare omnes. Item supra id. manifestabit consilia cordium. glo. tunc erunt omnia omnibus nota. contra. ps. quorum tecta sunt peccata. ergo peccata penitentium non erunt omnibus nota. Responsio. non erunt nota ad eorum verecundiam. erunt tamen ad dei gloriam. Item super illud. hec autem transfiguravi in me. glo. cum nullus forsitan hec dixit. contra. ergo paulus mentitus est. ergo. i. alius quidem dicit ego sum pauli. et cetera. Responsio. non dixit asserendo. sed exemplificando. Item supra id. quid habes quod non accepisti. glo. sciendum quod nullus potest discerni a massa perditionis nisi qui hec credit. contra. parvulus baptizatus non credit hec. Responsio. credit habitu et si non actu. vel glo. loquitur de habentibus usum rationis. Item supra id. puto enim. glo. quod nullo modo putandum est. contra. ergo male putabat. Responsio. yronice dicit non assertive.

Usque in hanc horam. hic ostendit despectionem apostolorum seu defectum non spiritualem sed corporalem. secundo virtutis exigentiam consistentiam in terris. primo quia bono privantur. secundo quia malis affliguntur. affliguntur. iij. quia vilissimi reputantur. tamquam purgamenta. In prima parte primo ostendit quod privantur

bonis necessariis triplex. scilicet cibo. potu. indumento. secundo quod privantur bonis utilibus tribus. scilicet pace. stabilitate. quiete. dicit ergo. usque in hanc horam. id est continue usque ad hec tempora. et esurimus carentes necessario cibo. et sitimus carentes potu. et nudi sumus. carentes indumento. ij. cor. xi. in fame et siti in frigore et nuditate. heb. xi. egentes angustiati afflicti. rationem autem huius assignat amb. dicens. liberi enim et sine adulatione veritatem predicantes. et gesta prave vite arguentes gratiam non habent apud homines. secundum enim tullium. hoc tempore obsequium amicos. veritas odium parit. et colaphis cedimur. unde act. xxiij. princeps sacerdotum iussit paulum percuti. et instabiles sumus. de loco ad locum fugientes. supra id. mt. x. cum vos persecuti fuerint in civitate una fugite in aliam. et laboramus manibus nostris operantes. ut acciperemus nobis necessaria. quia nemo dat nobis. act. xx. ad ea que michi necessaria erant et his qui mecum sunt ministraverunt manus iste. i. tess. ij. nocte et die operantes manibus nostris ne quem vestrum gravaremus. maledicimur. hic ostendit quod affliguntur malis. et primo quod affliguntur malo maledictionis. secundo malo persecutionis. persecutionem. tertio quod malo vituperationis. blasphemamur. dicit ergo. maledicimur. quia male nobis imprecantur. et benedicimus hortando scilicet ad bonum. et optando bona eis qui nos maledicunt. exemplo sui. qui cum malediceretur non maledicebat. i. pe. ij. ro. xij. benedicite persequentibus vos et nolite maledicere. persecutionem patimur. id est tormenta dura. et sustinemus. patienter. immo et gaudenter. act. iiij. ibant apostoli gaudentes et cetera. blasphemamur. quasi malefica vituperamur. apo. ij. blasphemaris ab his qui se dicunt iudeos esse et non sunt. et obsecramus deum pro illis blasphemantibus. mt. v. orate pro persequentibus vos et calumpniantibus. vel obsecramus eos ut desistant quia hec faciendo peccant. tamquam purgamenta huius mundi. quibus scilicet mundus purgari debeat. et quibus in mundo manentibus inquinetur mundus. facti sumus. id est reputati sumus. cum econtrario dicat apostolus. heb. xi. quibus dignus non erat mundus. et facti sumus omnium peripsima. id est purgamenta. peripsima dicitur purgamentum pomi. illud scilicet quod tollitur a pomo ut scilicet natura appareat. quod est cortex et purgamenta terrarum. et civitatibus mundi. usque adhuc. id est continue usque ad hoc tempus. non ut confundam. post increpationem ponit correptionem ad eos affectivam. sive affectionem. ubi ostendit quod peccata non scripsit eis ut confundantur sed ut se corrigant. et primo utitur monitione ostendendo primum affectum. secundo rogatione proponendo se in exemplum. vo. go. iij. comminatione. predicendo affectum adventus sui. venias. In prima parte primo monet eos ut filios. secundo ostendit quod sic sunt filii. nam si. iij. hoc probat quia scilicet per evangelium eos genuit. nam in christo

d(icit) g(losa). non ut confundam. q(uasi) d(icat) et si diximus uos inflatos
esse et dure uos increpauimus. tamen non scribo hec
ut confundam uos. i. erubescere faciam. sed potius
ut uos corrigam. Ambrosius. aliqua blandiis miti
gat ut salutaris medicus. primo .n. infundit
uinum. modo infundit oleum. luc. x. sed mo
neo uos ut filios meos karissimos. per quibus tot
mala passus sum. vocat autem eos karissimos
quia dilexit post pluchra sua. plus quam suos. et plus
quam corpus proprium. omnia quippe sua dimise
rat propter euangelium. matth. xix. ecce nos reliquimus
riam. nec querentes. primi e minus a corde. sed
a manu. tum a lingua. d g. neque enim.

q. d. ut non querimus hominibus placere. neque enim ali
quando fuimus in sermone adulationis. per quem
aliqui placent hominibus. sed potius in sermone
manifeste correctionis arguendo. scilicet vi
cia non palpando. ysa. iii. popule meus qui be
atum te dicunt ipsi te decipiunt. pro. xxiiii. ne
lactes quemquam labiis tuis. neque fuimus aliquando
sicut scitis. neque simpliciter fuimus in occasione
avaritiae. non tantum dico in avaritia. sed
nec in occasione avaritiae ut aliquid scilicet diceremus
vel faceremus quo questum temporalem intendentes
inveniremus. sicut pseudo. tyt. i. docentes que
non oportet turpis lucri gratia. et horum deus testis
est. qui scilicet novit corda. ipse enim iudex est
et testis. ie. xxix. nec simpliciter fuimus querentes
gloriam ab hominibus. cupientes scilicet ab ho
minibus laudari. sicut pseudo qui dilex
erunt magis gloriam hominum. Io. xii. ab hominibus
dico. neque a vobis neque ab aliis. sed a solo deo
cum possemus. q. d. dico quod non in avaritia
occasione avaritiae predicavimus. cum p
quamvis possemus de iure quod non pseudo. vobis
oneri esse exigendo. scilicet a vobis ut nobis
necessaria ministraretis. possemus inquam et hoc
ut christi apostoli. ex hoc enim quod tamquam christi apostoli
seminabant eis spiritualia potestatem habe
bant accipiendi ab eis carnalia. do
minus enim ordinavit his qui evangelium annun
tiant de evangelio vivere. i. cor. ix. Nota
super illud deus testis est. quod sancti viri deum invo
cant aliquando in testem. Iob. xvi. ecce enim in ce
lo est testis meus. aliquando in defensorem. ps.
dominus defensor vite mee. aliquando in mediatorem
Iud. xi. dominus qui hec audit ipse mediator ac
testis est. aliquando in iudicem. ps. exurge
et intende iudicio meo. Sed facti sumus. hic
ostendit quod propriis laboribus se apud eos susti
nuit. vel sustentavit. Ubi primo ostendit quomodo
se apud eos humiliavit. secundo quare. ita
desiderantes. tertio in quo. memores. ubi
ostendit quod humiliavit se in tribus. scilicet corpore
laborando. secundo manibus operando. nocte.
tertio ore predicando. predicavimus. dicit glossa. Sed
facti. q. d. nichil horum querimus. sed potius facti sumus
parvuli. i. humiles. mt. xviii. nisi conversi
fueritis et efficiamini sicut parvuli non intra
bitis in regno celorum. parvuli dico in me
dio vestrum. i. communiter ad omnes vos. et hoc ita
sollicite tamquam si nutrix foveat filios
suos. non alienos quos alienos nutrit ex
mercede sed suos ex amore. hoc autem simpliciter
fecimus quia nos ita desiderantes vos. non vestra.
i. salutem vestram non pecuniam. phil. ult.
non quero datum sed requiro fructum. cupide. i.
ferventer. volebamus tradere vobis non solum
evangelium dei. i. evangelii doctrinam predicando.

Io. x. bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.
ii. cor. xii. ego autem libentissime impendam et
superimpendar ipse pro animabus vestris. hoc autem fecimus. quoniam
karissimi nobis facti estis quia scilicet animabus nostris cari
ores. maiorem enim caritatem nemo habet
quam ut animam suam ponat. Io. xv. cari quidem fu
istis fidem suscipiendo. cariores in fide sus
cepta proficiendo. karissimi etiam contra alios de
fendendo. Nota hic super illud in medio vestrum
quod prelatus debet esse in medio subditorum. sicut ille
Io. xx. stetit ihesus in medio discipulorum suorum
et hoc quadrupliciter. primo per quietem ad omnes affec
tionem. eccl. x. in medio eorum rector illorum ut
quemlibet diligat ut fratrem. i. equaliter. secundo
per quietem ad omnes communicationem. Ios. viii. man
sit autem iosue in medio populi illa nocte. tertio
per quietem ad omnes exhibitionem. ut sit quasi lignum
vite in medio paradisi ut omnes possint acce
dere vel ascendere vel attendere. gen. ii. quarto per
quietem ad omnes administrationem. luc. xxii.
ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.
Nota et super illud tamquam si nutrix. quod prelatus
debet fovere subditos suos sicut nutrix fovet
filios suos. et hoc quadrupliciter. primo lactando
per instructionem. i. cor. iii. tamquam parvulis in
christo lac dedi vobis potum. secundo erudiendo
per castigationem. eccli. xxii. principes [illegible]
nutrii erudierunt filiam suam. tertio blandi
endo per consolationem. ysa. ult. ad ubera portabi
mini et super genua blandientur vobis. quarto
gestando per supportationem. Num. xi.
numquid ego genui omnem hanc multitu
dinem ut dicas mihi porta eos sicut portare
solet nutrix infantulum. memores enim.
q. d. recte dico quod facti sumus parvuli. memores
enim estis o fratres laboris nostri. non qualiscumque
sed et fatigationis. i. qui labor fuit non tantum
ad recreationem. sed usque ad fatigationem.
i. cor. xv. plus omnibus laboravi. vel laboris
nostri. in operando et fatigationis in sustinendo.
fatigationis inquam quia nos operantes manibus
scilicet propriis. nocte. contra pigros. prov. vi. usque quo
piger dormis. ac die. contra girovagos
et ociosos quibus dicitur primo illud mt. xx. quid hic sta
tis tota die ociosi. predicavimus gratis sine
sumptibus. evangelium dei. sicut fecit corin
thiis. ii. cor. xi. et hoc fecimus ne aliquem
vestrum gravaremus. accipiendo aliquid a vobis.
non enim debent prelati subditos in accipien
dis procurationibus gravare. ii. thes. iii. In
labore et fatigatione nocte et die operantes
ne quem vestrum gravaremus. Vos testes estis.
hic ostendit labores quos sustinuit post con
versionem. primo in vita secundo in doctrina. sic
scitis. tertio dicit glossa. vos testes. q. d. ita ante con
versionem. quia vos testes estis et testimonium

um de terra. Et quam. supple testis est. Ecce testimonium
de celo. qualem scilicet introitum habuimus ad vos. et quomodo conuersi
ad proximum faciendo debitum. et sic querela
qualiter ad deum faciendo indebitum sumus
.i. fuimus. vobis qui credidistis. hec tria
simul tanguntur. tyt. ii. sobrie et iuste et pie
uiuamus in hoc seculo. sicut scitis. q. ita sicut sci
tis. sicut et scitis qualiter vos. deprecantes
vos. non dicit imperantes. prouerbiorum. n. debent uti
plani deprecatione quam imperio. ad philem.
fiduciam multam habens imperandi tibi propter
caritatem autem magis obsecro. deprecantes
inquam non in communi solum. sed unumquemque vestrum
in speciali. et hoc tamquam pater filios suos. i.
tanto affectu quanto pater filios. i. cor. iiii.
in christo ihesu per euangelium ego vos genui. et
gal. iiii. filioli mei quos iterum parturio.
et consolantes desolatos si aliquis. c. pro peccato
desolatus esset. ys. lxi. spiritus domini super me et c.
ad annunciandum mansuetis misit me. ut
consolarer omnes lugentes syon. deprecantes
inquam et consolantes. testificati sumus. i. sub sacrorum
testimonio adiurauimus. ut ambularetis
proficiendo de bono in melius digne deo. scilicet
.s. in operibus vestris uoluntatem eius. col. i. am
buletis digne per omnia deo placentes. quod
utique facere debetis. quia ipse est qui uocauit
uos uocatione. s. exteriori per misericordiam et interi
ori per gratiam suam. uocauit inquam in regnum
suum in presenti sed quod regnum celorum dicitur ecclesia
militans. mt. xiii. omnis scriba doctus
in regno celorum et c. et gloriam in futuro. uel
in regnum suum et gloriam. i. in regnum suum
gloriosum. Nota hic quod digne deo ambu
lat qui cum eo ambulat. et hoc per quadru
plicem uiam pacis et equitatis. mal. ii.
in pace et equitate ambulauit mecum. secundo
per uiam puritatis. apoc. xiiii. ambula
bunt mecum in albis. tertio per uiam iustitie.
gen. vi. noe uir iustus et c. cum deo ambulauit.
quarto per uiam innocentie. gen. v. enoch
cum deo ambulauit et non apparuit quia tulit eum
deus. Hic quia dixit sed. non inanis fuit. glo. non
facile. Contra. sup. i. laudantur quia facile
uerbum dei receperunt. Responsio. facile fuit a parte
credentium qui facile acceperunt. difficilis
a parte apostoli quia cum multa tribulatione eis predi
cauit. Item sed. non quasi hominibus placentes. glo.
placere querentes. Contra. ro. xv. unusquisque
proximo suo placeat in bonum. et i. cor. x.
sicut ego per omnia omnibus placeo. Responsio. non est
querendum placere hominibus propter homines. sed propter
deum. Item sup. qui probat corda dicit glo.
quod amore uane glorie nisi deus cooperetur ui
tare non possumus. Contra. in libertate nostra est pec
care uel non peccare. Responsio. licet largo de cooperante
per gratiam melius est non possumus. i. uix possu
mus. uel dicendum quod in libertate nostra est peccare uel
non peccare. sed non totaliter. sine adiutorio. s. di
uino. Item sup. nec querentes ab hominibus
gloriam. glo. apostolus non ad presens sed in futuro
gloriam querebat. Contra. ii. cor. xi. quoniam multi
gloriantur secundum carnem et ego glorior. Responsio.
non querebat gloriam ut finem. s. propter se. sed
ut media. i. propter aliud. ad presendo. s. repulsio
nem. Item sup. laboris et fatigationis. glo.
hoc addit quia est labor sine fatigatione. Contra.
omnis labor in actionibus induat aliquam las
sationem uirtutis. Responsio. non quecumque lassitudo
lassatio est fatigatio. sed magna. Item sed
nocte et die. Contra. aliquando quiescebat uel ad fa
ciebat. Responsio. hoc intelligitur de certis horis diei ac
noctis non de continuis. Item sup. orantes
manibus. Contra. meliora sunt temporalia spiritualibus.
spiritualia temporalibus. ergo non est pretermittenda
predicatio propter operationem. Responsio. quamuis meliora
non tamen sine his expediri possunt. unde et si pre
dicatio non sit propter hoc dimittenda certis horis
et oportunis potest tamen intermitti. Item sup. ne
quem uestrum grauaremus. glo. aliquid accipiendo.
Contra. hoc erat debitum non grauamen. Responsio. quamuis
non esset grauamen sed uitatem esset tamen sed
quorundam reputationem. Item ibidem opponitur sic. phi
lipp. iiii. dicitur quod philippenses semel et bis
miserunt ei thessalonicam. ergo non habebat
necesse operari. Responsio. immo quia illud non sufficiebat.
Item sup. tamquam pater. glo. tanto affectu quan
to pater filios. Contra. maior est affectus gratie quam nature.
quia gratia uincit naturam. Responsio. uel loquitur de pa
tre spirituali. uel sit comparatio in genere et non per se.
Ideo et nos gratias agimus deo
et c. Postquam confirmauit eos commemorando
eis labores suos. hic confirmat eos commemorando
eis labores eorum. agens gratias primo de hoc quod
uerbum dei digne susceperunt. secundo de hoc quod propter
uerbum multa sustinuerunt. nos enim. In prima
parte primo ostendit cui gratias agit. ii. de quo. quum
cum accepissetis. ubi agit gratias primo de hoc
quod uerbum dei digne susceperunt audiendo
.ii. credendo. accepistis. tertio cooperando. qui
operatur. dicit ergo. ideo. q. ita uocauit nos
in regnum suum et gloriam. ideo quod uocauit
nos. gratias agimus. non solum dominus deo qui
nos uocauit sine intermissione horarum certarum.
agimus inquam gratias quoniam et c. uel uocauit inquam
quod inde apparet. quoniam cum accepissetis a nobis
ut auditis non ut actoribus. mt. x. non uos
enim uos estis qui loquimini sed spiritus et c. uerbum
auditus dei. i. uerbum dei solo auditu. uel
uerbum in quo deus auditur. luc. x. qui uos
audit me audit. uel uerbum quod a deo loquente
in uobis audiuimus. gal. i. neque. n. ab homine.

accepi illud neque didici sed per revelationem
Iesu Christi. Dicit autem verbum predicationis verbum dei
quia a deo est sicut efficiente, de deo materialiter, propter deum formaliter,
propter deum finaliter. cum accepissetis inquam audi-
endo. accepistis illud corde credendo. non
ut verbum hominum. id est ut verbum dubium et suspec-
tum. sicut solet esse verbum humanum quia omnis
homo mendax. sed sicut vere est verbum dei. id est sic
verbum credimus a deo quod non mutatur traditum.
i. Cor. xiiii. si quis propheta videtur esse aut spiritualis
cognoscat que scribo vobis. quia domini sunt
mandata. et ii. Cor. ult. an experimentum
queritis eius qui in me loquitur Christus. dei inquam
qui operatur omnia bona opera. in vobis
qui credidistis. in omnibus quidem generaliter operatur
et opera nature. Io. xv. sine me nichil po-
testis facere. sed in solis specialiter opera gratie. Ysa. xx-
vi. omnia opera nostra operatus es domine in nobis
Nota domine. ¶ Nota hic quod differt verbum dei a
verbis hominum in quinque conditionibus. primo in
veritate. Ro. iii. est autem deus verax. omnis autem
homo mendax. secundo in immutabilitate.
Num. xxiii. non est deus quasi homo ut menti-
atur. nec ut filius hominis ut mutetur. tertio in
virtuositate. Matth. vii. docebat eos tamquam
potestatem habens et non sicut scribe et pharisei.
quarto in suavitate. unde eius verbi illecti
quidam qui missi fuerant ad eum capiendum
dixerunt. Io. vii. numquam sic locutus est homo sicut
hic homo loquitur. quinto in utilitate. Io. vi.
domine ad quem ibimus verba vite eterne habes.
Nota etiam quod verbum Pauli erat vere verbum
dei. quia sine ulla permixtione erroris. supra eodem.
exhortatio nostra non ex errore carnalitatis.
i. Cor. ix. seminavimus spiritualia. curiosi-
tatis. i. Cor. ii. veni ad vos non in sublimi-
tate sermonis. vanitatis. supra eodem. non fuimus
aliquando in occasione avaricie. etc. vos enim. hic
agit gratias de hoc quod ipsi verbum mixta susti-
nuerunt. ubi primo assimilat eos ecclesiis cre-
dentium. secundo ostendit in quo sunt eis tales. scilicet in
persecutione contribulium suorum. quia eadem. iii. describit
maliciam persecutorum. qui et dominum. dicit ergo
vos enim. qualiter in vobis credentibus operatur
et hoc effectus indicat. vos enim o fratres imitatores
facti estis ecclesiarum dei que sunt in iudea.
id est iudeorum credentium. ecclesie enim iudee erant
exemplaria ceterarum ecclesiarum tamquam primitus
institute. et in statu perfectissimo quia multitu-
dinis credentium erat cor unum et anima una.
etc. Act. v. et dicit ecclesiarum dei quia erat ibi ec-
clesia malignantium. ecclesiarum dico que
sunt in Christo Iesu edificate. id est in fide et in
caritate Iesu Christi. quia ad eas specialiter missus est.
Matth. xv. non sum missus nisi ad oves que
perierunt domus Israel. imitatores inquam quia

eadem. id est similia passi estis et vos a contribulibus
vestris. id est a thessalonicensibus contribulibus vestris
sicut et ipsi. id est fideles qui in iudea sunt a iu-
deis infidelibus passi sunt. post passionem enim
Stephani persecutio magna facta est in ecclesiis
iudee. Act. viii. de hac persecutione Heb. x. re-
memoramini pristinos dies quibus illuminati
magnum certamen sustinuistis passionum. et
vinctis compassi estis et rapinam bonorum ves-
trorum cum gaudio suscepistis. qui et dominum
hic describit maliciam iudeorum persequentium
primo quoad tempus preteritum. secundo quoad presens. et deo non pla-
cent. tertio quoad futurum. ut impleant peccata. ma-
liciam eorum in preterito describit in tribus primo quia
Christum occiderunt. secundo quia prophetas interfecerunt. et prophe-
tas. tertio quia apostolos persecuti sunt. et nos. dicit
ergo. qui scilicet iudei infideles et dominum Iesum occi-
derunt. iudas quidem ipsum occidit traditione
iudei petitione. pilatus auctoritate. milites
executione. Act. v. Iesum quem vos interemis-
tis suspendentes in ligno. Act. iii. aucto-
rem vite interfecistis. et prophetas prophetantes
scilicet de eius adventu similiter occiderunt. Matth. xxiii.
Ierusalem Ierusalem que occidis prophetas. et Act. vii.
quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri. et nos
apostolos persecuti sunt. putantes scilicet se in
hoc obsequium prestare deo. Matth. x. persequentur
vos de civitate in civitatem. specialiter autem
apud thessalonicam paulum persecuti sunt.
Act. xvii. et deo. hic describit maliciam
eorum quoad tempus presentis in tribus. primo quia deo dis-
plicent. secundo quia salutem mundi impediunt. impedi-
entibus. iii. quia gentium conversionem retardant. pro-
hibentes. dicit ergo etiam similiter. licet in hoc credant
se habere emulationem. id est dei habent sed non se-
cundum scientiam. Ro. x. cum deo non placent quia sine fide
impossibile est placere deo. Heb. xi. et omnibus hominibus
id est saluti omnium hominum. adversantur. significati de quo
per Ismael. Gen. xvi. manus eius contra omnes
et manus omnium contra eum. adversantur dico
sed specialiter gentibus. ipsis dico prohibentes nos
gentibus. loqui ut salve fiant. invidentes
scilicet saluti gentium. Act. xiii. videntes
turbas iudei repleti sunt zelo. ut impleant Nota
hic describit eorum maliciam quoad futurum. et hec
consistit ad duo. scilicet quantum ad accumulationem
culpe. et quantum ad ultionem pene. prohiben-
tes enim. dicit ergo. ut impleant. quasi hoc ideo faciunt
ut impleant. id est exaugeant peccata sua. addi-
to peccata super peccata. et tenetur hic ut consecu-
tive non finaliter. implent hoc dicitur continua accu-
mulatio peccatorum usque ad tempus vindicte. Gen.
xv. nondum enim complete sunt iniquitates
amorreorum. et patet quod impleuit. pervenit enim
id est prope venit. ut pervenit. id est ante tempus
futuri iudicii venit ira dei. quo ad penam

.i. vindicta dei pene temporalis. s. captiuitatis sub
romanos. peruenit magis super illos .i. ad
oppressionem illorum et hec usque in finem suple du
ratura. danielis .x. ciuitatem et sanctuarium dissi
pabit populus cum duce venturus. et finis eius vasti
tas et post finem belli statuta desolatio. uel
ira dei .i. vindicta pene spiritualis. s. cecitatis
super illos .i. ad eorum oppressionem et excecationem
ysaie .vi. exceca cor populi huius et cetera. ira inquam
duratura usque in finem exclusiue quia in fine
conuertentur. tunc .n. abrahe cum pueris. s. christo
reuertetur ad pueros .i. iudeos exspectantes
cum asino .i. cum sensu asinino. genesis
.xxii. Nos autem. postquam confirmauit eos gratias
agendo et labores suos et illorum eis ad me
moriam reuocando. hic confirmat eos affec
tionem suam eis ostendendo et hoc dupliciter. primo
ex desiderio eos uidendi. ii. ex sollicitudine
ad eos mittendi. c. iii. ibi quod in prima parte
primo dicit quod eos uidere frequenter desidera
uit. ii. quod ut eos uideret frequenter ad eos ue
nire uoluit. ibi quia uoluimus. ad rationem utriusque
subdit. que est enim. dicit ergo nos autem qua
si nos multa passi estis. autem. s. o fratres nos
desolati a uobis .i. ibi uos non ibi nos. deso
lati inquam ad tempus. anche. s. caritem nostram
conmitantes. nos dico remoti a uobis suple ore
.i. sermone quia non potuimus uobis loqui ore ad
os. et aspectu .i. presentia corporis. non tamen dicorde
.i. per affectum dilectionis colo. ii. nam et si corpore
absens sum sed spiritu uobiscum sum. nos in quam
sic desolati habundantius suple quam si nichil
pateremini. festinauimus faciem uestram uidere
ibi. s. maiorem et pleniorem uestram instructio
nem et hoc cum multo desiderio exhortandi uos
uel .i. desiderio .n. uidere uos. ut aliquid impartiar uobis
gratie spiritualis. et ne festinauimus. quia uoluimus
nos omnes. s. siluanus et thymotheus. uenire
ad uos. sed ego quidem paulus qui plus erga
uos afficior. et semel et iterum suple uolui
uenire ad uos sed impediuit nos sathanas
qui semper saluti hominum aduersatur. ro .i. sepe
proposui uenire ad uos et impeditus sum usque adhuc.
Nota quod facies sanctorum desiderabilis est ad
uidendum. primo quia in facie eorum relucet sap
ientia. xviii. ii. quia in facie eorum lucet gratia.
hester. xv. facies tua plena est gratiarum. tertio
quia in ea lucet sanctimonia. actuum. vi. intueba
tur uultum eius quasi uultum angeli. quarto quia
in ea lucet eterna leticia. iudith. xv. erat pro
iocunditate faciem sanctorum. Que est enim. hic
ponit rationem quare eos uidere desiderauit et
ad eos uenire uoluit. s. propter bonum quod de eis
exspectat et post ostendit bonum quod de eis exspec
tat. nos enim. dicit ergo. que est enim .i. ideo ad uos
uenire uolui. que est enim uel ideo sathanas

impediuit ne sathanas uenirem ad uos
enim quia que est spes nostra in presenti et gau
dium .i. premium gaudiorum in futuro. aut corona
glorie .i. gloria specialis uictorum aut doctorum siue
in futuro. immo uos suple estis spes et cetera. nos
dico ante dominum .i. si steteritis uel quando stabitis
ante dominum nostrum ihesum christum. q. d. propter hec desi
derabam uos uidere. quia tot et tanta bona de
uobis exspecto. sic habetur phi. iiii. itaque fratres mei
karissimi et desideratissimi gaudium meum et
corona mea et cetera. estis inquam ut eritis in ad
uentu eius. phi. ii. inter quos lucetis sicut lu
minaria in mundo uerbum uite continentes
ad gloriam meam in die christi. nos enim qui
uere tunc eritis corona nostra et gaudium nostrum
quia uos estis modo in presenti gloria nostra. apostolus ali
as eccleie. et gaudium in uobis ipsis. s. ii. par.
xxiii. exultat gaudio pater iusti. Nota.
hic quod est quadruplex corona quam paulus ex
spectabat prima est iustitie omnibus omnium sanctorum. ii.
thi. iiii. de reliquo reposita est mihi corona
iustitie. ii. continentie specialis uirginum .i. cor.
.ix. illi quidem ut corruptibilem coronam acci
piant nos autem incorruptam. tertia specia
lis martirum. iac. i. beatus uir qui suffert
temptationem quia cum probatus fuerit accipiet
coronam uite. quarta doctrine specialis doctorum.
ut hic. que est enim nostra spes aut gaudium
aut corona glorie. hic quarto super i. cum accepis
setis uerbum auditus dei. glo. solo auditu. contra.
ergo solum exterius. contra. lex de auditu uerbi
interiori. s. et interiori exteriori. Item super id ut con
pleant peccata. contra. occasio est cum eorum sint
maxima peccatorum. ergo iam conpleta erant peccata eorum.
contra. peccata conplementum est uel in se uel in ordine
ad punitionem. primo modo conpletur peccatum quando sic
cedit ne quid in peius sit additur. uel conpleta
erant peccata eorum intensiue quia peccatum fecerunt christum
occidendo. sed non extensiue quia plura peccata facturi
erant diutius uiuendo. Item eidem glo. xl. annos
dedit deus iudeis post passionem ad penitentiam. illis
translatis cum nollent penitere conpleta sunt
peccata eorum. contra. immo uidetur quod dedit. xlii. annos
quia .iiii. reg. i. super id. exierunt duo ursi de silua
et lacerauerunt. xlii. pueros. dicit glo. quod post. xlii.
annos duo ursi. s. tytus et uespasianus iudeos
inuasi eos uastauerunt. contra. dicendum quod scriptura
non curat uim in omissione uel conputatione
minimarum. uel glo. ista conputat. xl. annos
medios inter annum passionis et uastationis. s. glo.
uero alia conputat. xl. annos medios cum duobus
extremis. Item super id peruenit ira dei. glo. uin
dicta cecitatis. contra. deus neminem excecat. sed omnes
illuminat. io. i. contra. omnis qui illuminatur deus illu
minat et sic. quosdam tamen excecare dicitur permis
siue. Item super id. aut corona glorie. glo. materiam

cap. iii.

festum est quod profectus discipulorum gaudium et corona est magistri. Et gloria nostra, corona que pro alieno merito. Et cetera. s. glo. multum discipulorum quodammodo est magistri. s. pro causa quia non percipiam.

Propter quod non sustinentes

Et cetera. Postquam ostendit affectum suum ad eos ex desiderio eos videndi, hic ostendit eundem ex sollicitudine ad eos mittendi. Ubi primo ostendit se misisse thimotheum. ii. dicit se in eius reditu consolatum. ibi: nunc autem veniente. Dicit ergo: Adhuc optato eos visitare per se ipsum. nocte ac die. quanto orat ut si venio suus non. augeat deus eorum collegium. nos autem dominus. In prima parte assignat duas causas quare misit ad eos thimotheum. primo ad eos in fide confirmandos. secundo ad statum eorum cognoscendum. propterea et ego. In prima parte primo ostendit quare miserit ad confirmandos. Ubi facit quattuor. primo ostendit quod misit ut in fide confirmet. secundo ut in tribulationibus non moveantur. ut nemo. tercio ostendit quare non debet in tribulationibus moveri. ipsi. quarto quare debeat potius in fide confirmari. nam cum. dicit ergo. propter quod. quia ita estis gloria nostra. ut ita desolati simus et nobis propter quod nos non sufficientes amplius ignorare .s. statum vestrum .i. qui non sumus amplius sustinentes ut notitiam vestri teneamus absolute. placuit nobis soli .s. manere et siluano remanere athenis. et misimus thimotheum. Hunc thimotheum tamquam fidelem legatum frequenter mittebat. i. cor. iiii. misi ad vos thimotheum qui est filius meus karissimus et fidelis in domino ihesu. thimo. ad mittere ad vos thimotheum misimus fratrem nostrum in fide et caritate ut in comparali officio et dignitate. et ministrum dei in evangelio xristi. i. evangelii xpi predicatorem. ii. thi. iiii. ministerium tuum imple. misimus inquam ad confirmandos vos in fide et exhortandos in moribus. misimus inquam pro fide vestra .s. defendenda contra persecutores et falsos predicatores et hoc ut nemo vestrum .s. moveatur a fidei integritate in tribulationibus istis tunc temporis. sed potius fiat sicut domus fundata super firmam petram. matthei. vii. ipsi enim. quia nemo debet moveri propter tribulationes quia ad hoc destinati sumus et hoc est quod dicit. ipsi enim scitis quod in hoc .i. in sustinendis tribulationibus. positi .i. destinati a xristo sumus. matthei. x. ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. et specialiter apostolus paulus ad hoc erat destinatus. actuum. ix. ostendam ei quanta oporteat eum pati pro nomine meo. ut in hoc .i. in tribulationibus positi sumus .i. firmi et stabiles. propter quod et vos exemplo nostri debetis esse firmi et stabiles in tribulationibus. ro. viii. quis nos separabit a caritate xristi. tribulatio. an angustia et cetera. q.d. non. et ut positi sumus in hoc. nam et cum apud vos essemus predicentes predicabamus vobis passuros vos tribulationes ut .s. postmodum levius ferretis. gregorius in .n. ferunt iacula que previdentur. sic dicit gregorius. propter hoc dominus predixit discipulis tribulationes quas passuri erant. io. x. predicabamus inquam sicut factum est in re et scitis in cognitione.

Et cetera. tercio hic quia in tribulationibus istis non debemus contristari. primo quia modice sunt. i. petri .i. modicum nunc si oportet contristari in tribulationibus variis. ii. quia cito transeunt. ii. cor. iiii. id quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre. tercio quia a futuris tribulationibus custodiunt. naum. i. sed alia vice non consurget duplex tribulatio. quarto quia in presenti multas utilitates afferunt. iac. i. tribulatio patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habet. ut sitis perfecti et integri et in nullo deficientes. propterea. hic post secundam causam quare misit ostendens duplex motivum. unum amoris. aliud timoris. ne forte. dicit ergo. propterea .q. ita passi sumus et ne inde tremamini. propterea amplius non sustinens ignorare .s. quid apud vos ageretur misi thimotheum ad cognoscendam fidem vestram .s. fidei vestre stabilitatem. proverbiorum. xxvii. diligenter agnosce vultum pecoris tui. misi inquam timens ne forte is qui temptat .i. dyabolus cuius officium est temptare propter quod temptator dicitur matthei. iiii. et accedens temptator et cetera. temptaverit vos. cum effectu ipse enim semper temptat affectu et conatu. et ne .s. inanis fiat labor noster .i. quamquam hucusque laboratis. quod utique fieret si eius temptationi acquiescetis quia labor sine perseverantia inanis est. solus enim qui perseveraverit salvus erit. matthei. xxiiii. ii. io. videte vosmetipsos ne perdatis quod operati estis.

Et cetera. Nota hic quod quadruplex est temptatio. prima fraudulentie de qua actuum. v. cur temptavit sathanas cor tuum. ii. concupiscentie de qua iac. i. unusquisque temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. tercia diffidentie de qua .i. cor. x. neque temptaveritis dominum sicut quidam et cetera. quarta experientie de qua gen. xxii. temptavit deus abraham et cetera. nunc autem. hoc est secunda pars capituli. ubi ostendit se in thimothei reditu consolatum et primo ostendit quid thimotheus rediens retulit. ii. quod in hoc consolatus fuit. ideo. tercio quod multo consolari debuit. quam enim gratiam. dicit ergo. nunc autem .q. ita misi thimotheum. nunc autem veniente thimotheo ad nos a vobis. expleta .s. legatione sua. iob. xxxviii. numquid mittes fulgura et ibunt et revertentia dicent tibi adsumus. et annunciante nobis fidem vestram et caritatem .i. constantiam fidei vestre et caritatis in adversis.

ponit et fide ut fundamentum et subiungit caritatem
quia sine ea fides non valet. i. cor. xiii. et unitate
. quia memoriam vestri habemus semper bona. i. vale
nobis et suave. quia christi bonus odor sumus. ii. cor. ii.
et tangit hic tria pertinentia ad ymaginem
scilicet fidem. memoria. caritas. in voluntate re
cordatio. in memoria fides ad deum. caritas
ad proximum. memoria ad plures. huius igitur
memoria vestri. vos dico desiderantes nos
videre. per speciale siue et nos quoque vos sim
ple desideramus videre. ro. i. desidero enim videre vos
ut aliquid impertiar vobis gratie spiritualis. ideo scilicet quia ta
lia annunciat. o fratres consolati sumus in vobis.
i. de vobis qui prius eramus desolati et hec in omni
necessitate. i. penuria et defectu necessariorum. ii. cor.
xi. in fame et siti. et cetera et tribulatione vestra
i. persecutione adversariorum. consolati inquam sumus
in vobis. scilicet per fidem vestram. et sic consolati. quia
nunc et. in tali miseria vivimus. i. vivere nos
reputamus vitam quandam beatam si in celo essemus.
si vos statis. i. firmi et stabiles estis in domino
i. in fide domini. iii. ca. io. maiorem horum non
habeo gratiam quam ut audiam filios meos in ve
ritate ambulare. quam enim. quasi vere consolati
sumus et multo quia tanta bona de vobis audi
vimus quod pro huius dignitate deo gratias referre non
possumus. et hoc est quod dicit quam enim gratiarum ac
tionem possumus deo retribuere pro vobis. i. pro
bonis que in vobis sunt. vos dico positi in omni
gaudio. i. pro omni gaudio quo gaudemus propter
vos et dicit omni gaudio. quia de singulis profectibus
singulorum gaudebat. propter vos stantes dico
ante deum nostrum. q. d. non possemus condignas gratias
referre et ideo multo debuimus audientes hec
de vobis consolari. ¶ Nota hic quod prelatus
debet deo pro subditis primo intercessionem pro ma
lis amouendis sicut moyses. exo. xxx. aut di
mitte eis hanc noxam et cetera. ii. orationem pro
bonis adipiscendis. i. re. xii. absit hoc
peccatum a me ut cessem orare pro vobis. iii. gratiarum
actionem pro donis collatis. ro. i. gratias agimus
deo et cetera. quarto consultationem pro casibus dubiis.
ii. par. xx. cum ignoramus quid agere debea
mus hoc solum habemus residui ut oculos
nostros dirigamus ad te. Quinto oblationem pro
delictis expiandis. heb. vii. omnis namque pon
tifex et cetera. vi. meditationem in mandatis
dei annunciandis. deut. v. ego sequester et me
dius fui inter vos et deum. ut annunciarem vobis
verba eius. nocte et die. hec est tertia pars. ubi
orat adhuc visitare eos per seipsum et prius ostendit
quantum eos videre desiderat. secundo quare. scilicet ut quod
eis deest suppleat ut impleamus. deo orat
ut hec eius desiderium impleat. ipse autem deus. dicit ergo nocte
et die. q. ita et multo consolati sumus de nobis.
nos dico nocte et die. i. quasi omnibus continuis di

ei et noctis. scilicet omnibus horis optumis. habunda
tius quam ante orantes. luc. xviii. oportet semper orare
et non deficere. ut videamus faciem vestram.
i. vos in presentia corporali. et impleamus ea que
desunt fidei vestre. quia scilicet olim vos docere non po
tuimus quia non eratis capaces sicut parvuli.
i. cor. iii. tamquam parvulis in christo lac potum
dedi vobis. ipse autem. q. vos eramus. ipse autem
deus et pater noster a quo omnia bona. deus per crea
tionem pater per adoptionem. deus qui potest et pater
qui vult vobis dare bonum. mat. ii. numquid non unus
est pater et cetera. et dominus ihesus christus. per quem tamquam per
mediatorem pater facit omnia. ps. omnia in sapi
entia. dirigat viam nostram ad vos. i. di
rectam et absque impedimentis faciat. ier. x. scio domine
quod non est hominis via eius. nec viri est ut am
bulet et dirigat gressus suos. vos autem. hec
est quarta pars. ubi orat quod deus illos et in ipso au
geat eorum collegium et primo ostendit quod eis
petit. secundo ad quid. ad confirmanda. ibi quo fine.
ante deum. dicit ergo. vos autem. q. ita oro ut deus di
rigat viam nostram ad vos. vos etiam. sicut ve
nimus sic non. deus multiplicet in numero fidelium
et virtutum. i. par. xxi. augeat deus populum suum
et cetera. et habundare faciat caritate vestram in invi
cem. i. inter vos. ut non solum sit in affectu. sed et ap
pareat in effectu. in invicem. non sola in invicem
sed et in omnes alios et inimicos. ro. xv. nemini
quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. vel sic
aliam literam. habundare faciat voluntatem vestram.
habundare inquam quemadmodum et nos in vobis caritate
habundamus. ro. ii. quia karitas nobis data est. fa
ciat inquam habundare ad confirmanda corda vestra cor
da enim. sunt sicut vasa fictilia. ii. cor. iiii. ha
bemus thesaurum istum in vasis fictilibus. cari
tas autem ignis est cuius est confirmare vasa fictilia.
luc. xii. ignem veni mittere in terram. ad confirmanda
igitur ita ut sitis sine querela. ne vos de aliis con
queramini. nec alii de vobis. et sitis in sanctitate
i. munditia perfectione. luc. i. in sanctitate et iustitia
coram ipso. in sanctitate inquam. ante deum et patrem nostrum.
i. pro hoc exeuntes ante eum qui est deus creatione
et pater noster adoptione. In adventu et cetera. hic legitur dicitur.
primo modo sic. q. ita sitis sine querela et cetera. vos
dico posita mente in adventum domini nostri ihesu
christi. i. expectantes adventum. et hoc cum omnibus sanctis
eius. i. sicut omnes sancti expectant. luc. xii. vos
similes hominibus expectantibus dominum suum. et cetera. secundo modo sic.
in adventu et cetera. q. ita sitis sine querela et in
sanctitate et cetera. et hoc in adventu. i. usque ad adven
tum domini nostri ihesu christi. adventum dico futurum. cum
omnibus sanctis eius. quia ipse veniet cum omnibus sanctis. zach.
xiiii. veniet dominus et omnes sancti cum eo. et ysa. iii.
dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. ante
confirmatio est. ¶ Hic quarto ostendit ad confirmandos
nos ¶ quarto. firmi stetant in tribulationibus.

Exº. continue erant firmi tamen poterant amplius confirmari. vel continue plures eorum erant firmi tamen aliqui erant infirmi. Ite sequitur id est amplius non sustinens. glo. nesciens quid ageretur apud vos. Gº. apud discipulos stantes absentes presens erat sicut ipse dicit. et si corpore absens sum. tamen presens sum. secundum absentia notat. Exº. sicut prophetis alia absentia vel occulta aliqua revelabantur aliqua non ita apostolis. Ite sequitur id est is qui temptat. glo. cuius officium est temptare. Gº. opus omne officium est a deo. secundum nullum peccatum est a deo. Exº. actus temptandi peccatum est. a deo est. secundum non prava intentio peccantis temptantis. vel dicit quod omne officium a deo est sive agente sive permittente. Ite sequitur id est ne aut. glo. nisi ad congnoscendum fidem vestram. Gº. fides invisibilis est. Exº. sed etsi invisibilis tamen opera fidei et signa sunt visibilia. Ite sequitur id est ideo consolati. glo quia hec annunciavit non per eius absentiam. Gº. presentia amici consolatio est. Exº. non procul presentia principalis. Ite sequitur id est ne vivimus. glo. quia erimus in celo. Gº. vita misera huius exilii contraria est vite beate celesti. Exº. non comparat vite celesti vitam hanc corporalem sed vitam sive spiritualem. Ite sequitur id est ea que desunt fidei. Gº. fides eorum perfecta erat in devotione sed non in cognitione.

De cetero ergo fratres et c. hec est tertia pars epistole principalis. ubi post salutationem suam et maiorum in bonis huius confirmationem ponit minorum a quibusdam malis revocationem. et primo revocat eos ab imperfectione fidei. secundo nolumus autem vos ignorare. In prima parte primo intendit ab eis excludere immundiciam et iniosiitatem morum. secundo tamen eos curiositate et ceteris. de caritate autem. In prima parte secundo monet ut permaneant in eius doctrina. secundo ostendit que sit illa. scitis enim. In prima parte primo tangit monitionis formam. secundo materiam. ut quemadmodum. tertio finem. ut habundetis. dicit ergo. de cetero ergo. quasi habundantius caritate in nobis. ergo o fratres rogamus vos et obsecramus in domino Ihesu. rogamus et obsecramus idem est secundum glo. tamen distingui possunt. rogatio enim est simplex deprecatio. obsecratio deprecatio cum adiuratione. rogamus inquam et obsecramus in domino cum debetur timor. Ihesu. cum debetur amor. Mal. ii. si ego dominus ubi est timor meus et c. q. d. rogamus vos si me timetis et amatis. ut quemadmodum accepistis a nobis non alibi. Io. xiii. mandatum novum do vobis. Io. ii. non mandatum novum do vobis sed mandatum vetus. accepistis inquam quomodo oporteat vos ambulare proficiendo per viam mandatorum. ps. viam mandatorum tuorum cucurri. et placere deo. in perfectione consiliorum. ita ut ambuletis in bono perseverando. eph. v. videte quomodo caute ambuletis. ambuletis inquam ita ut habundetis magis. id est magis et magis in fide et bonis operibus crescatis. Mt. vi. nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et c. prov. xv. in habundanti iusticia virtus maxima est. scitis enim. hic ostendit que sit illa doctrina in qua manere debent. et primo monet ut abstineant ab inquinatione sui. secundo ut caveant ab iniuria proximi. et ne quis. tertio subdit rationem utriusque. quoniam vindex. In prima parte primo allegat preceptorum suorum utilitatem. auctoritatem. secundo docet voluntatem. hec est enim. tertio gerundium hec faciendi castitatem. ut sciat. in passione. dicit ergo. scitis enim que ita moneo vos ambulare quemadmodum accepistis a nobis. scitis enim que precepta. id est quam honesta et utilia et hec per dominum Ihesum data simplicibus et mansuetis hominibus. unde secundum glo. commendat ea ab auctore quia enim data a per dominum. auctentica sed. quia per Ihesum salutaria sunt. vel per dominum Ihesum id est auctoritate domini Ihesu non mea. ii. cor. ult. an experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus. Ecce nota hic quod precepta tradita in nova lege servanda sunt. primo quia pauca. Io. xv. hoc est preceptum meum ut diligatis invicem. secundo quia levia. i. Io. v. et mandata eius gravia non sunt. tertio quia utilia. Mt. xix. si vis ad vitam ingredi serva mandata. quarto quia rationabilia. Ro. vi. humanum dico. id est rationabile et c. hec est enim. et quia nec bona sunt et utilia precepta. hec est enim voluntas dei. id est preceptum dei quod est voluntas signi et si non sit voluntas beneplaciti. sanctificatio vestra. id est ut sanctificetis vos bene operando. unde in levit. sancti estote quoniam ego sanctus sum. et etiam ut abstineatis vos quam longe remoti a fornicatione tam carnali quam spirituali. secundum decretum apostolorum. act. xv. i. cor. vi. fugite fornicationem. abstineatis inquam ita. scilicet ut sciat et c. hic legem coniugii. unum non sit quod vas appellat corpus proprium. secundo in sed quod vas appellat corpus uxorem sive uxorem. primo non sic. ut sciat unusquisque vas suum. id est corpus proprium quod est vas anime. ii. cor. iiii. habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. possidere coercendo et castigando non ab eo possideri. i. cor. ix. castigo corpus meum et in servitutem redigo. possidere inquam in sanctificatione. id est mundicia. templum enim dei sanctum est quod estis vos. i. cor. vi. et honore ne dehonoretur aliqua turpitudine morum. sicut factum est illi de quibus in ps. homo cum in honore esset non intellexit. secundo modo legitur sic. ut sciat unusquisque vas suum. id est uxorem suam. i. pe. iii. quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorem. possidere ei dominando. non ab ea possideri. Mt. cum si primatum habeat contraria est viro suo. ecc. xxv. ideo ii. eccl. iii. mulieres dominantur

viris sine cela celetis. possidere quisque in sanctifica
tione. abstinendo ab usu uxoris licito. et ho
nore abstinendo ab usu illicito. propter hoc enim
percussus est onam quia uxore abutebatur. gen.
xxxviii. non in passione desiderii. i. in passioni
bus ex desiderio uenientibus. uel in solo desiderio
existentibus. ro. xiii. curam carnis ne feceritis
in desideriis. sicut et gentes. supple faciunt
que ignorant deum. i. que ignorant deum. propter
quod non debetis eis assimilari. ro. i. quia non probauerunt
deum habere in notitia tradidit illos deus in repro
bum sensum. ut faciant ea que non conueniunt. ps.
effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt. et hec
est precepta dedi ne quis supergrediatur uiolentia
neque circumueniat dolo uel fraudulentia in ne
gotio priuato uxoris uel quocumque alio ne
gotio fratrem. i. proximum suum. ii. cor. vii. ne
minem lesimus neminem corrupimus. ne
minem circumuenimus. quoniam uindex. hic ponit
ultimam amonitionis triplicem rationem. prima est
ne incurrant iram dei. secunda ne discredant
dominice uocationi. tertia ne sint contemptores
mandati diuini. itaque. dicit glosa. quoniam. q. ita ab
stinendum est ab hiis. quoniam uindex est deus de omni
bus hiis. ro. xii. michi uindictam. horrendum
autem est incidere in manus dei uiuentis. heb. x.
sicut prediximus. i. semper asseruimus. et testifi
cati sumus. i. sub testibus scripture probauimus.
Nota hic super id hec est uoluntas dei sanc
tificatio uestra. quod sanctificatio nostra per multa habet
fieri. primo per fidem inuisibilium. ecc. xliiii.
in fide et lenitate sanctum fecit illum. secundo per spem
eternorum premiorum. i. io. iii. omnis qui habet spem
spem in eo sanctificat se. tertio per confessionem
peccatorum. ps. beata est iusta sanctificatio eius. quarto
per auditum sermonum. io. xvii. sanctifica eos
in ueritate sermo tuus ueritas est. v. per laua
crum sacrorum. i. cor. vi. sed abluti estis sed
sanctificati estis. sexto per mundiciam operum.
exo. xix. sanctifica eos et ut lauent uestimenta
sua. non enim. quasi. ideo abstinendum est ab hiis.
enim. quia non uocauit nos deus in inmundiciam in
cor. ut. s. inmunditie seruiamus. mundos enim
discipulos eo misteriis delectatur. pro. xxii. qui
diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum habe
bit amicum regem. sed uocauit nos supple
in sanctificationem uiuentium. ut. scilicet. uiuamus. eph.
iiii. obsecro ut digne ambuletis uocatione
qua uocati estis. itaque. q. et quia deus uocauit
nos itaque qui hec spernit que prediximus. non
hominem spernit solum sed deum qui precepta sua
hec graue est hominem spernere. ysa. xxxiii.
ue qui spernis. nonne et ipse sperneris. grauius
spernere dei uicarium. luc. x. qui uos spernit
me spernit. grauissimum spernere deum. heb. xii.
uidete ne recusetis loquentem. qui etiam. q. uere

hec sunt dei precepta. qui etiam ad hec peragenda
dedit spiritum. s. in nobis. qui. s. loquitur hec in nobis.
mt. x. non enim uos estis qui loquimini. sed spiritus patris uestri
qui loquitur in uobis. uel etiam dedit spiritum sanctum suum in uobis.
ut in uobis esset maior auctoritas arguendi. eius
enim est arguere. io. xv. cum uenerit arguet
mundum etc. Nota hic quod dedit deus spiritum s. discipulis
apud suis et apostolis suis primo in pignus eterne here
ditatis. ii. cor. v. dedit uobis pignus spiritus. secundo
in magistrum ueritatis. io. xvi. cum autem uenerit
ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. tertio
in paraclitum consolationis. io. xiiii. ego rogabo pa
trem et alium paraclitum dabit uobis. quarto in ad
uocatum petitionis. ro. viii. spiritus postulat pro
nobis. v. in adiutorium infirmitatis. ro. viii.
spiritus adiuuat infirmitatem nostram. vi. in testimonium
diuine adoptionis. ro. viii. quoniam autem estis filii dei
misit deus spiritum filii sui. etc. De caritate hic
reprehendit eam predictorum uiciorum. s. curiositatis
et carnalitatis quo utitur commendatione. secundo amonitione.
rogo autem. In prima parte primo dicit quod non indiget de ca
ritate doceri. secundo subdit causam quia a deo sit edocti.
ipsi enim. tertio probat idem per euidentiam facti. etenim.
dicit glosa. de caritate. q. de proximis necesse habui monere
uos. aut. sed de caritate fraternitatis. quia. s.
fratres diligitis non necesse habuimus scribere uobis.
he. xiii. caritas fraterni et ro. xii. caritate
fraternitatis diligentes inuicem. et ideo non sunt
necesse scribere. ipsi enim a deo didicistis ut diliga
tis inuicem. et hoc uel per predicationem ipso dicente
io. xiii. mandatum nouum do uobis: ut diligatis
inuicem. uel per inspirationem. unctio enim docebit
uos de omnibus. i. io. ii. uel etiam per effectum dilectionis eius
eius in nos. i. io. iiii. karissimi si deus dilexit
nos et nos debemus alterutrum diligere. ideo enim non
sunt necesse de hoc nobis scribere. etenim id. i. opus di
lectionis facitis in omnes fratres. qui sunt in uni
uersa macedonia. glosa. probatio dilectionis exhibitio
est operis. rogo autem. hic utitur amonitione
et primo monet ad ea que sunt uite contemplatiue
secundo magis ad ea que sunt actiue. et operam.
In prima parte primo monet ut in caritate habun
dent. secundo ut quieti studeant et operam. tertio
ut curam suam agant. et ut uestris. dicit glosa. rogo.
quasi. facitis quod opus dilectionis. sed melius rogo
uos. o fratres. ut habundetis magis in caritate.
vt. s. possitis in habundantia ingredi sepul
crum. Job. x. v. et operam detis. q. s. difficia
le est propter contrariam consuetudinem. tertio sitis
non uagi et curiosi. ysa. xxx. si reuertimini
et quiescatis saluabimini. in silentio
et spe erit fortitudo uestra. et rogo etiam ut uestrum
negotium agatis alienis negotiis dimis
sis. multi enim amplectuntur aliena negotia pro
priis neglectis. tales non possunt dicere cum sponsa
cant. ii. ordinauit in me caritatem. et opera

mini. hic monet ad ea que sunt activa. primo ut manibus laborent secundo ut aliquos edificent. et ut honeste. tertio ut aliena non desiderent. et ut nullius dicit glosa. et et rogo ut operemini manibus vestris. hoc non. imitabitur nos ad hoc ut sitis quieti quia multam maliciam docuit ociositas. eccl. xxxiii. operemini inquam sicut precepimus vobis. vel hoc sanatus ita sicut precepimus vobis. ii. thess. ult. siquis non vult operari non manducet. gen. iii. in sudore vultus tui vesceris pane tuo. et ideo est operandum. ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. i. extra ecclesiam et nunc et mito. col. iiii. in sapientia ambulate ad eos qui foris sunt et i. pe. ii. conversationem vestram inter gentes habentes bonam. et et rogo ut nullius ad desideretis. multo minus tollatis. exo. xx. non concupisces rem proximi tui. vel et ideo operandum est ut nullius ad desideretis. desidia non accidiosum pigrum. nolentem non quod manibus laborare operari. prov. xxi.

Q° Hinc quidam sic videtur. rogamus et obsecramus. glo. consuetudo est apostoli ut dupliciter vel tripliciter illa cuncta hunc mittam.

q° R° Contra. iaculatio ibi verborum inordinata est. Responsio. non est iaculatio quia non debemus recedere principaliter in dictamine in aliquo. vel quia non sic hoc sunt causa. sed propter aggravationem.

q° R° Item videtur. et placeatis deo. minus quod consilio perfectionis additur. Contra. non solum per consilia placet homo deo. immo et per precepta. Responsio. placet deo dupliciter consilio. vel applicatur generali quod fit per precepta. vel speciali quod fit per consilia.

q° R° Item super id. sciat vas suum. glo. corpus quod est vas anime. Contra. damascenus dicit quod anima continet corpus et non continetur a corpore.

q° R° Responsio. anima continet corpus conservando. sed corpus animam loco dicitur. Item super idem glo. vas suum. i. uxorem suam ei dominam dico. Contra. uxor non est ancilla sed domina socia.

q° R° Responsio. loquitur de dominio potestatis non communis. Item super id non in passione desiderii. glo. ut nec desiderium sit. Contra. primi motus desideriorum non possunt totaliter vitari. Responsio. loquitur de desiderio completo. Item contra illud. sicut gentes que ignorant.

q° R° Contra. damascenus. omnibus existentibus deus cognitio naturaliter ab ipso illis inserta est. Responsio. omnibus est inserta cognitio dei in universali. scilicet quia deus est. sed non in particulari. scilicet quis sit deus vere. Item super id negocium vestrum agatis. glo. dimissis alienis.

q° R° Contra. eccl. xvii. unicuique mandavit deus de proximo suo. Responsio. aliena negocia procurare ex caritate bonum est ex curiositate et animi evagatione malum est. Item super id. et operemini manibus vestris. sicut precepimus. glo. qui non operatur manibus preceptum apostoli transgreditur.

R° Contra. mortaliter peccat. Responsio. non est preceptum generale sed speciale datum illis ab apostolo ex causa speciali. ut retraherentur a malis quibus occupati erant. eo quod vacabant ocio ex curiositate.

ulis est aptitudine n actu. Je sup illd.
gra z pax. q quare n n z mia. sicut
in epla ad thymo. qui silr erat ep. R.
q hic erat nimis remissus. thymo illo
magis seuer. Je sr id. a do pre z c. Q
indiuisa sunt opa trinitatis g debuit di
cere z a spu. s. R. spc. s. intelli in pre
z filio sicut nexus in extremis. ul in gra
et pace. ut dator in donis. Je sr illud
sit crimine. glo. crime est aliq graue
ul adulteriu inuidia fornicatois. z c.
Q. g qui semel fornicatus est n pot i
epm ordinari. R. n pot de iure nisi
post pactam pniam. i. n debz. Je sup
id. vnius uxoris vir. glo. post baptm Q.
aug. dr hic q z an baptm R. opinio
aug celebrior est z ulior q crimina soluutur
in bapto: non coniugia.

Sunt enim multi inobedientes z c.

Ostendit quales epos p pnicam suam
dz ostitue. hic ondit q tale eu z in sua
dioce oz ee. s. ppt maliciam subditoz. z
primo or malicia extensiue. scdo plat
p pete testimonium. dixit quida. tcio mo
net appone remediu. quamobrem icre
pa. Jn pma pte pmo ondit qua mali
sint ei subditi. scdo q multo sit arguedi
quos dz. dr g. sunt n. q. ita dz ee platus
potens exhortari in doctrina sana z eos
qui contradicut argue. z hec may tibi ne
cessarium est in tua dyoc. sunt. n. in creta
s. multi. n dr qui z quot. q stultoz ifini
tus est nus. inobedientes ad platos z ad
supiores q est graue pctm. q qsi pctm
ariolandi est repugnare. z qsi zelus ydo
latrie nolle acqescere. i. q. xv. vaniloqui
ad pximos z pares. ps. vana lo. s. v. ad
px. s. z seductores ad infirmos z inferiores.
mt. xxiiij. surgent pseudo xpi z pseudo
apke z multos seducent. sunt mgr tales
multi. may qui de circucisione sut. i. de iudis
qui sut carnali in carne n in spu. ro. iij.
quos oz redargui. i. frequr argui. non p

spem correctoris eorum. sed propter vitanda scandala
ne aliorum. i. thi. v. peccantem coram omnibus ar-
gue ut et ceteri timorem habeant. Qui. q. tunc
arguendi sunt propter aliorum subversionem univer-
sam. Qui. i. quia ipsi universas domos. i. totam
familiam fidelium subvertunt evertendo. s.
fundamentum totius spiritualis edificii. s. fidem. ii.
thi. iii. ex his sunt qui penetrant domos
et captivas ducunt mulierculas. ipsi dico
docentes. vel hec faciunt quia sunt docentes
que non oportet quantum ad predicatoris materiam. predi- ces
s. legalia debere servari. act. xv. quidam
descendentes de iudea docebant fratres. quia nisi
circumcidamini non potestis salvi fieri. turpis lucri
gratia. quantum ad predicatoris intentionem. hoc
autem exponitur dupliciter. uno modo de lucro temporali
sic docentes. gratia. i. causa turpis lucri tem-
poralis. i. propter questum. michee. iii. sacerdotes
eius mercede docebant et prophete eius in pecunia
divinabant. alio modo exponitur de lucro spiritua-
li sic. docentes gratia turpis lucri. ut. s. fa-
ciant aliquos proselitos. mat. xxiii. circuitis
mare et aridam ut faciatis unum proselitum.
i. pe. v. pascite qui in vobis est gregem non
turpis lucri gratia. ¶ Dixit quidam. hic pro-
bat maliciam cretensium per poete testimonium
et primo testimonium recitat. secundo confirmat
testimonium. hoc dicit glossa. dixit quidam. q. d. ut
tales sunt in creta. unde dixit quidam ex illis.
non notat eum quia non erat de sanctis doctori-
bus. iste fuit epigmenides cretensis ut
dicit aug. proprius eorum non dei propheta quo ad hoc
quia eorum naturam bene insinuavit. non tamen propheta
simpliciter sed poeta. et sicut dicit glossa. hoc ideo
posuit ut illi magis erubescant ex suis
accusatoribus. dixit inquam hoc. cretenses
semper mendaces contra deum. eccli. xx. opprobrium
nequam in homine mendacium. et in ore indisc-
iplinatorum assidue erit. male bestie dicte
a vastando. sanguinem. s. sicientes contra
proximum. pro. i. veni nobiscum insidiemur san-
guini. ventris pigri. q. s. gule dediti
phil. iii. quorum deus venter est. et hoc est contra
ipsos ut hoc melius credatur confirmat hoc
apostolus dicens testimonium hoc verum. s. poete verum
est. ecce ab egiptiis tulit apostolus unum vas
argenteum sicut precepit dominus filiis israel. exo.
Nota xii. ¶ Nota hic quod apostolus aliquando utitur scripturis
divinis. gal. iiii. scriptum est quod abraham duos
filios habuit. aliquando legibus humanis. gal. iii.
fratres secundum hominem dico tamen hominis testimonium confir-
matum et c. aliquando consuetudinibus approbatis. gal.
iiii. quanto tempore heres parvulus est nichil differt
a servo et c. aliquando rationibus civilibus. i. cor. xi. vos
ipsi iudicate si quod dico. decet mulierem non
velatam orare deum. nec ipsa natura docet vos.

aliquando similibus exemplis. i. cor. xv. insipiens tu quod
seminas non vivificatur. nisi prius moriatur.
aliquando auctoribus gentilium ut hic et act. xvii. sic
et quidam vestrorum poetarum dixerunt. et c. Quam ob
causam. hic monet apponere increpationis re-
medium. ostendens primo quo et ad quid sunt
increpandi. secundo de quo maxime sunt incre-
pandi. omnia munda. tertio quare isti sunt incre-
pandi. confitentur. n. In prima parte primo
ostendit quid sunt increpandi. ii. ad quid. ut
sani. dicit glossa. quam ob causam. ut sunt tales. quam
ob causam increpa illos dure. non molliter ut
soles. non sicut hely filios. i. reg. ii. pro. xxvii.
meliora sunt vulnera diligentis quam frau-
dulenta odientis oscula. increpa inquam
illos ad hoc ut sani sint in fide. sanitudo in
fidei veritate. non infirmi sicut illi de quibus
ro. xiiii. infirmum in fide assumite. sint
inquam sani quod utique erit si sint non intendentes
iudaicis fabulis de observantia legalium.
et hoc quo ad fidem. i. thi. i. ut non intendant
iudaicis fabulis. et genealogiis intermi-
nabilibus. et non intendentes mandatis ho-
minum quo ad mores. de quibus mandatis
mat. xv. relinquentes mandatum dei propter tradi-
tiones vestras. hominum dico aversantium se a
veritate spiritualis intelligentie. ut vite et doctrine
ii. ad thi. iiii. a veritate quidem auditum
avertent. et c. Omnia munda. hic ostendit de quo c. ii
maxime sunt increpandi. quia. s. [illegible]
cibaria more iudeorum dicentes quedam esse
munda. quedam immunda. primo ostendit quod in cibis nulla
est immunditia quo ad bonos. ii. quod nec quo
ad malos. coinquinatis autem dicit glossa. omnia. qui
ita dure increpandi sunt quia a veritate
se avertunt. quod patet quia male de cibis sen-
tiunt dicentes aliqua esse immunda. quod falsum
est. omnia quibus humanis usibus concessa munda
sunt in sua natura. mundis. qui. s. ex recta
fide et intentione sumunt. i. thi. iiii. omnis crea-
tura dei bona. et nichil reiciendum quod cum gratiarum
actione percipitur. coinquinatis autem pravitate
morum et infidelibus. i. fide carentibus. nichil
est mundum. quantum ad eorum utilitatem. quod enim
tetigerit immundus immundum erit. s. levit. xi.
hec autem duplex non est ex natura cibi. sed ex conditione
sumentis et hoc est quod dicit. sed coinquinate. i. simul
totaliter inquinate sunt. eorum mens. i. intellectus
errore et conscientia prava affectione. q. d. non ex
cibo. sed ex pravo sumentis intellectu est inquinatio.
mat. xv. non quod intrat in os coinquinat hominem.
sed quod exit de ore hoc coinquinat hominem. ¶ Nota
hic quod omnia apud sanctos munda sunt. primo eorum
cogitatio. mat. v. beati mundo corde. et c. secundo
eorum affectio. tho. iii. mundam servavi animam
meam ab omni concupiscentia. tertio oratio eorum. Job.

xvi. Non passus sum ab iniquitate manus mee cum
haberem mundas ad deum preces. Quarto eorum ora
tio. Iob xvii. tenebit iustus viam suam et mun
dis manibus addet fortitudinem. Quinto eorum oblatio.
Malach. i. in omni loco offertur nomini meo oblatio
munda. Sexto eorum possessio. Luc. xi. quod superest date
elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Confitentur.
hic ostendit quare isti sunt increpandi. Et primo tangit
culpam eorum in generali. Secundo prosequitur in speciali. Cum
sint abhominati. Dicit ergo. Confitentur. quasi ita con
taminate sunt eorum mens et conscientia. quia confitentur
verbis se nosse deum. i. Io. ii. qui dicit se
nosse deum et mandata eius non custodit men
dax est. Factis autem negant. quia plus creditur operibus
plus .n. est continui quam verbo. Ier. xii. prope es tu
ori eorum et longe a renibus eorum. Et Ysa. xxix.
populus hic labiis me honorat etc. Confitentur
inquam cum tamen sint abhominati. i. odibiles deo propter
conscientie inquinationem. Osee ix. facti sunt abhomi
nabiles sicut ea que dilexerunt. Et incredibiles.
i. nec credibiles ad credendum. propter infidelitatis
errorem. et erroris abhominationem. Io. v. quomodo
potestis vos credere in gloriam quam ab invicem accipi
tis et gloriam que a solo deo est non queritis. Et quia incre
dibiles ideo et abhominabiles. quia sine fide impossibi
le est placere deo. Et ad omne opus bonum reprobi.
propter suam malam conversationem. ad illud. s. triplex
bonum opus. de quo .i. eodem. sobrie et pie et iuste
vivamus in hoc seculo. Ier. vi. argentum reprobum
vocate eos. [C] Unde sic queritur super illud. quos oportet redargui.
[C] Contra. Oportet eos qui dicit eos inobedientes.
quia sunt incorrigibiles. [C] Responsio. redarguendi
sunt non propter suam correctionem sed aliorum. [C] Item super
illud dixit quidam. glo. qui inter dei prophetas
non erat non eius nomen ... Contra videtur quod in tractatibus
catholicis nullius auctoris secularis nominari debeat.
[C] Responsio. Quamvis in libris canonicis non debeant nominari
possunt tamen in aliis tractatibus ad instructionem
tamen non ad ostentationem. [C] Item super id. testimonium
hoc verum est. glo. divina scriptura undecumque su
mit quod verum invenit. [C] Contra. Ambrosius. ab demo
nibus sunt carmina poetarum. ergo de talibus
nichil sumi debet. [C] Responsio. Ambrosius loquitur de car
minibus illis que prave sunt poetice. non de veris
et utilibus que magis sunt philosophica. [C] Item super id. incre
pa eos dure. [C] Contra. Gal. vi. instruite huiusmodi in
spiritu lenitatis. [C] Responsio. obstinati dure sunt
increpandi. sed modesti blande. [C] Item super id.
iudaicis fabulis. glo. litteralis observantie. [C] Contra.
litteralis observantia a deo sunt per Moysen
precepta. non ergo est fabulosa. [C] Responsio. vera erat
pro tempore sue institutionis. sed fabulosa post
tempus revelate veritatis. secundum glo. [C] Item super
illud. omnia munda. [C] Contra. Act. xv. abstineatis
vos a sanguine et suffocato. [C] Responsio. hoc tamen est
non quia immunda essent. sed ad tempus sunt inhibita

propter vitandam consuetudinem ydolatrie ut eam dis
suescerent. [C] Item super id. confitentur se nosse deum.
glo. fides talium mortua. Prope est fides demonum.
[C] Contra. Immo videtur quod verior sit fides demonum quia utraque
informis. [C] Responsio. Quamvis utraque sit informis non
tamen uno modo. quia una formabilis sed altera non. scilicet
fides demonum.

Tu autem loquere et cetera. Hec C. ii.
est tertia pars principalis epistole. Postquam .n. premisit
salutationem et instruxit eum circa episcoporum succes
sorum ordinationem. hic hortatur eum ad dili
gentem subditorum instructionem. Et primo ostendit quid debeat
monere quosdam specialiter. Secundo quid omnes generaliter. c. iii.
In prima parte primo ostendit quid et de quo debeat eos mo
nere. Secundo que debent monitionem eius accedere. Appa
ruit enim. Circa primum. In prima parte primo ostendit quid moneri debe
ant ... ii. quid sui. Suos. In prima parte primo a
git de admonitione senum. ii. de admonitione ve
tularum. Anus. iii. adolescentularum. Adolescen
tulas. iiii. iuvenum. Iuvenes. In prima parte
primo ostendit quid deceat in generali. ii. in speciali. Se
nes. Unde primo ostendit quid debent admoneri senes
quo ad temporalia. ii. quo ad spiritualia. Sa
nos in fide. dicit ergo. Tu autem. quasi ita illi docent
que non oportet. Tu autem sicut doctor catholicus lo
quere que decet sanam doctrinam. i. doctrinam sane
fidei loqui. s. et docere. ii. Thi. i. formam habe sanorum
verborum. lacere ... hec docens. Contra et monens se
nes ut sobrii sint in se quantum ad nutritivam.
i. Pe. v. sobrii estote. pudici. i. casti. quantum
ad generativam. ut non sint de senibus illis a quibus
egressa est iniquitas Babilonis. Dan. xiii. Pru
dentes. i. prudentes necia. quantum ad ra
tionabilem. secundum partem inferiorem. Eccl. xxv. quam
speciosa est veteranis sapientia. Et Iob xii. in an
tiquis est sapientia. Sanos in fide. i. in fidei integ
ritate. quantum ad rationabilem secundum partem superiorem. In
dilectione dei et proximi que informat fidem. i. Cor.
xiii. si habuero fidem ita ut montes transferam caritatem
autem non habuero nichil sum. Et quantum ad concu
piscibilem. Et patientia. i. tolerantia adversorum que
conservat fidem et dilectionem. Et hoc quantum ad irascibilem.
Luc. xxi. in patientia vestra possidebitis animas vestras. Anus similiter.
hic agit de admonitione vetularum. Et primo do
cet qualiter anus se habere debeat in facto. ii. qualiter
in verbo. Bene docentes. Dicit ergo. Anus similiter. hortare
supple esse in habitu sancto. ut. s. earum incessus mores
vultus et sermo presentent sanctitatem secundum glo. ii.
Thi. ii. mulieres in habitu ornato. non criminatrices.
i. aliis crimina imponentes. sicut solent ve
tule imponere adolescentulis. Lev. xix. non eris
criminator nec susurro in populis. Non multo vi
no servientes. ut provocentur ad luxuriam
natura refrigescente. Eccl. xxvi. mulier ebriosa
ira magna. Et i. Thi. v. modico vino utere
propter stomachum. Bene docentes. ut. s. non carmina

non incantationes non sortilegia doceant sicut so-
lent facere vetule. Apo. ii. permittis mulierem Ie-
zabel que se dicit propheta[m] docere et seducere servos
meos. bene docentes inquam ita s. ut prudentiam
doceant. i. discretam electionem boni a malo.
Nota hic quod vinum multum multa mala facit
primo enim accendit iram. ecclesiastici xxxi. vinum
multum potatum irritationem et iram et ruinas
magnas facit. secundo provocat rixam. proverbiorum xxiii.
cui ve. cuius patri ve. cui rixe et cetera. nonne his
qui morantur in vino et student calicibus epotan-
dis. tertio inflammat luxuriam. proverbiorum xx. luxu-
riosa res est vinum et cetera. quarto obruit in
telligentiam ecclesiastes ii. ut animum meum transferrem
ad sapientiam cogitavi a vino abstrahere
carnem meam. quinto memoriam. ii.
esdre. iiii. cum surrexerint a vino non me
minerunt quid gesserunt. vi. gravat na-
turam. ecclesiastici xxxi. que est vita que minui-
tur vino. vii. revelat ignominiam. ut
patet in noe de quo genesis ix. bibens vinum
inebriatus est et nudatus in tabernaculo
suo. viii. perdit substantiam. ecclesiastici xix. operarius
ebriosus non locupletabitur. ix. inducit in apos-
tasiam ecclesiastici xix. vinum et mulieres apostata-
re faciunt et sapientes. Adolescentulas
hic agit de admonitione adolescentularum
primo quo ad affectionem. ii. quo ad conversationem.
prudentes. tertio quo ad ministrationem domus
curam. dicit ergo. adolescentulas. hoc secundum glo-
sam duplex legitur. uno modo secundum quod est ibi virgula. sic
ita hortare anus ut doceant prudentiam
adolescentulas. hanc s. prudentiam ut a-
ment et cetera. alio modo et melius legitur secundum quod est
ibi virgula sic. hortare similiter adolescentulas
ut viros suos ament. thobie x. monentes
eam honorare socerum diligere maritum.
filios diligant non tantum filii amore et spiritualiter
et ideo dicit diligant. dilectio enim addit super
amorem electionem. proverbiorum xiii. qui parcit vir-
ge odit filium. prudentes mentis intelligen-
tia. proverbiorum xix. domus et divitie dantur a paren-
tibus. a domino autem proprie uxor prudens. castas
i. corporis continentia. sobrias cibi et potus ab
stinentia domus. i. familie sue curam habentes
hoc quantum ad inferiores. proverbiorum xiiii. sapiens
mulier edificat domum suam. benignas non
litigiosas quo ad pares. proverbiorum xix. tecta
iugiter perstillantia et litigiosa mulier comparantur
quia neutrum permittit virum in domo manere. sub-
ditas viris suis non rebelles quo ad superiores.
genesis iii. sub viri potestate eris et col. iii. mulie-
res, viris suis subdite sint. ecclesiastici xxv. muli-
er si primatum habet contraria est viro. subditas dico
et hoc ut non blasphemetur verbum dei. i. doctrina
evangelica ab infidelibus. s. propter mulieres viris

suis infidelibus inobedientes. vel ita admo-
ne omnes ut sic se habeant sicut dixi et hoc ut non
blasphemetur verbum dei ab infidelibus videntibus
malam vitam christianorum. Iuvenes hic agit de
admonitione iuvenum. ex primo monet ut iu-
venes instruat ipse. ii. exemplo. In omnibus. dicit
ergo. iuvenes similiter hortare. quia s. iuventus prona
est ad lapsum. proverbiorum xxii. sensus et cogitatio hominis ad malum
ab adolescentia sua. hortare inquam ut sobrii
sint. ut s. sic subtrahant nutrimentum igni carnalis
concupiscentie. proverbiorum xxvi. cum defecerint ligna extinguetur
ignis. In signum huius abstinentes pueri ignis ba-
bilonis non lesit. danielis iii. In omnibus. hic horta-
tur eum ad doctrinam exempli primo in generali
secundo in speciali. In doctrina. tertio assignat causam
utilitatis. vobis. dicit ergo. in omnibus. quasi ita hortare
alios et ut libentius et facilius hoc faciant. in omnibus
que agenda docens teipsum prebe exemplum bonorum operum.
generaliter non malorum. ut mali prelati. i. thimothei iiii.
exemplum esto fidelium et cetera. non audeo aliquid loqui
eorum que per me non efficit christus. exemplum dico in
doctrina. s. recta. in integritate vite et corporis
in gravitate morum propter auctoritatem pontificalem
psalmus in populo gravi laudabo. et ubique s. sit
sanum in se et irreprehensibile ab aliis. hoc
autem faciat ut is qui adverso est. i. adversari-
us. s. quilibet infidelis. vereatur ipse dico nichil
habens malum dicere de nobis. i. petri ii. conversationem
vestram inter gentes habentes bonam. ut in eo quod
detractant de vobis tamquam de malefactoribus ex
bonis operibus vos considerantes clarificent deum
i. thimothei iiii. nullam occasionem dare adversario
maledicti gratia. Nota hic quod est multiplex gra-
vitas prima ingratitudinis. psalmus ulterius. ne populo gra-
vi iniquitate. ii. difficultatis. exodi xvii. ma-
nus illorum erant graves. tertia ponderositatis
grave est saxum et honerosa est harena
sed ira stulti utroque gravior. quarta matu-
ritatis ut hic et in psalmus. in populo gravi lau-
dabo te. v. infirmitatis ecclesiastici xxxi. infirmi-
tas gravis sobriam reddit animam. vi. morta-
litatis. ecclesiastici xl. iugum grave super filios ade
a die exitus de ventre matris eorum et cetera. Sic
quod supra dicit bene docentes. Contra i. thimothei ii. docere
mulierem non permitto. Responsio secundum glosam. mulieribus
docere publice ut abbatissa monialibus. sed vi-
ros non nisi privatim. Item supra dicit ut viros ament.
glosa. ut cum pudore viris prestent debitum reddant
quando exigant. Contra exigere non est malum. Responsio non
est malum mortale est tamen veniale quando fit ex
libidine. Item supra dicit ut non blasphemetur. glosa. si
habent viros infideles quibus propensius propter timorem
dei obsequi debent. Contra galatas vi. maxime ad
domesticos fidei. Responsio debito exigente plus
debet obsequi fidelibus. sed debito obedientie plus
infidelibus. s. ut convertantur. Item supra dicit. exemplum

pte. glo. ut q' decet ubi ostendat fac. ¶ Non
debz cgugatos de reddendo debito dece. nec
tn fac. ¶ Sc'o. hec intelli' qntu ad gnalia
decurssita q' sibi et eis queuint non quo ad
spealia.

¶ **Servos dominis suis subditos. et c.**
postq' docuit quid admonendi sunt ubi. hic
docet quid admonendi sunt servi et p' ondit
de quo admonendi sunt. ij. ad quid. ut doc
trinam. In p'ma pte p' ondit q' admonendi
sunt de subiectiõe. scdo de fidelitate. non frau
dantes. d' g'. servos. q'i. ita hortare anus
et senes adolescentulas et iuvenes sic. ser
vos. supple hortare subditos esse dnis suis
et hoc in oibz. s. que n' sunt cõtra deum. que
enim cõtra deum sunt pctã sunt et mala sunt. i. pe.
ij. servi subditi estote dnis. vel hoc q' dico
in oibz pot determinare h' placentes sic.
ipos dico placentes. i. placere studentes do
minis in oibz que sunt sunt c'a deum. i. cor. x.
unusq'sq' pximo suo placeat in bonum. q' utiq'
erunt. s. placentes in oibz si sunt non cõtra
dicentes illo ne fraudantes. i. fraudem
facientes seu fraudando. s. aliquid de debito
servitus. pu. xi. non inveniet fraudulentus lu
crum. s; sint supple in oibz et minimis fide bo
nam. i. fidelitatem ondentes. luc. xvi. qui i'
fidelis est i' minimo et i' magno infidelis erit.
hec aut q' dcã sunt faciant ipi et omis pre
dicti. ut doctrinam salvatoris ornent i' oibz
actionibz suis ornamentum doctoris est honesta
vita discipli. vnde ad summum doctorem dr' de
discipulis suis. ysa. xlix. oibz hiis velut vest
timento ornamento vestieris. apparuit enim.
postq' ondit qualr' debet singula admo
neri. hic ondit quare debent acquiescere
sue admonitioni. et p' tangit acquiescendi
causam. ij. monet predicare ipam. h' loquere
In p'ma pte tangit triplex xpi beneficium.
p'mo. s. incarnationis. scdo predicationis. eru
diens. tcio passionis. qui dedit. ibi aut
tangit beneficium predicationis tangit du
plicem eius finem. p'm' in mundo. scdm in p'mo.
exspectantes. dicit g'o. apparuit enim. q. ita
debes eos monere et utiq' debent tue moni
tioni acquiescere. q' hoc enim apparuit gratia dei
et salvatoris nostri. i. ille qui est deus p' naturam
et salvator. n. p' gratiam. apparuit in carne ut
nos ita doceret. abac. ij. apparebit i' fine et non
mentietur. et bar. iiij. postea in terris visus e'
et c. apparuit inq'. oibz hoibz. i. ad utilitatem
omnium hominum. ipse enim lucerna posita sup candelabrum
ut luceat oibz qui in domo sunt. mt'. v. Jo. i.
Erat lux vera que illuminat omnem hominem venien
tem in hunc mundum. ipe dico erudiens nos
exemplo vite et suo doctrine. deut. viij. sic

erudit homo filium suum. sic dns deus tuus eru
divit te. erudiens inq'. ad hoc ut abnegan
tes impietatem. impietatem vane culture q'
ad correctionem mittes. et secularia desideria. i.
affectiones secularium hoium cõntum ad corrup
tionem afficit. h' aut desideria sunt tria.
scd' i'. i. jo. ij. omne q' est in mundo et c. sobrie
in nobis ipis. iuste ad pximum et pie ad deum
vivamus in hoc sclo. ut sic offeramus deo muneram
p'mo vivendo sobrie. aurum vivendo iuste.
th'. vivendo pie. nos dico exspectantes.
tamq' cti et sollicti beatam spem. i. beatitudi
nem speratam. ut p' hoc facilius et libentius pre
dicta faciamus. luc. xij. vos siles hoibz exspec
tantibz dnm suum. et etiam exspectantes
adventum glie. i. manifestationem glorie.
magni dei et salvatoris nostri ihu xpi. i. ad
ventum ihu xpi ad iudicium qui est mag
nus deus et salvator nr'. In p'mo enim adventu
venit ut puer parvulus. ysa. ix. puer na
parvulus natus est nobis. s; in scdo adventu
veniet ut deus magnus qui cum potestate magna
et maiestate. luc. xxi. deus per sue nobi
litatem. magnus p' immensam maiestatem.
salvator p' electos ad salutem predestinatorum
nr' per nre carnis assumptionem. ihc p' salu
tis nre in tempore operationem. xps per gre ple
nitudinem ¶ Nota hic q' multipliciter apparu
it gratia dei toti humano generi. p'mo qr' suscepit
naturam nram. nam verbum caro factum est. jo. i.
scdo qr' experiri voluit miseriam nram
sap. vij. sum quidem et ego mortalis et c. tcio qr'
in suo sanguine lavit culpam nram. apo.
qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nris in
sanguine suo. quarto qr' portavit penam
nobis debitam. ysa. liij. disciplina pacis n'
nre sup eum. v'o. qr' docuit ignorantiam
nram. mt'. v. aperiens os suum et c. vi. quia
attulit nobis gratiam divinam. jo. i. de ple
nitudine eius omnes accepimus gratiam p' gratia.
vij. qr' preparavit nobis gloriam eternam. jo.
xiiij. vado parare vobis locum. ¶ Nota et qd
difficile est vivere in hoc sclo tam vano. ecce.
i. vanitas vanitatum et c. tam maligno. j'.
jo. v. totus mundus in maligno positus est.
tam periculoso. je. xxiiij. formido et fovea
et laqueus sup te qui habitator es terre. tam
immundo. ps. eduxit me de lacu miserie et de
luto fecis. tam deceptorio. ysa. xxxvi. sic
baculus harundineus sic pharao rex egipti oi
bz qui confidunt in eo. tam transitorio. i'. jo.
ij. mundus transit et concupiscentia eius. ¶ Qui dedit
hic tangit beneficium passionis cui tangit du
plicem effectum seu utilitatem. p'ma redemp
tio a pena p' preci solutionem. scda mundatio
a culpa p' gratiam baptismalem. et mundaret.

dr g. qui .i. x. in primo. c. aduentu. dedit se
alt sui initial nris. j. iij. no ex opibz iusticie
q fecim9 nos 7 c. 7 ysa. lij. gratis uenudati
estis 7 sine argento redimemini. semetipm
in pciu. n aliqua creaturam. qr nlla creatura
esset pciu sufficiens. p nobis adhuc inimi
cis. cum .n. inimici essemus reconciliati sum9
p mortem filij eius. ro. v. eph. v. tradidit
semetipm p nob. dedit inqm ad hoc. ut
nos obligatos 7 uenditos. ys. l. quis credi
tor meus cui uendidi uos. redimeret per
sanguinis pciu. ab omi iniquitate. tam
originali quam actuali. j. pe. ij. n cor
ruptibilibz auro 7 argento redempti estis
7 c. s3 pcioso sanguine q. agni 7 c. 7 mun
daret ab omi p baptismalem regnerationem. i cui9
signu in baptismu passione ei9 de latere ei9 exiuit
sanguis 7 aqua. mundaret inqm ppim sibi
acceptabilem .i. gratum p fidem 7 cari
tatem. vl ppim peculiarem p alia lram
.i. sibi spalem 7 appriatum. deut. vij. elegit
te dns ds .t. ut sis ei pps peculiaris. ppim
dico sectatorem bonoz opum. p bonam
quersationem. i. thi. vi. sectare iusticiam
pietatem fidem 7 c. hec loquere. postquam
posuit causam quare debent ei acquiescere. hic
monz hi9 causam pdicari primo illo. 2o ex9.
seu scd. nemo te contempnat. dicit g. hec
.c. que pdixi de filij incarnatione 7 passione
loquere nescientibz 7 exhortare scientes s3
negligentes. 7 argue rebelles. ij. thi. ult.
argue obsecra. increpa. increpa. argue
inquam cum oi ipio .i. potestative. eccli.
xlviij. ipantes in psentia pps. cum omi ipio
dico. ita. s. ut nemo te contempnat. p si
plicitate 7 remissione. i. thi. iiij. nemo
adolescentiam tuam contempnat. nec debet
aliquis contempne. qr luc. x. dicit dns aplis.
7 plats qui uos spnit me spernit. ¶ Hic
aut qr sup illud. seruos dno. s. sub. ee i oi
bus. glo. que sunt contra dm. ¶ q. seruus
dno pagano non debet nec tenetur reli
gionem mutare qr uoluntarius est. ¶ Ro.
distributio h no est gnalis s3 accomoda
p huis in quibz exstit dnatiua potestas. s. in
corporalibz opibz non in spualibz. ¶ It super
id. apparuit gra oibz hoibz. ¶ q. n oibz ap
paruit. ¶ Ro. s. glo. fit hic distributio pro
gnibus singuloz. non p singulis gnm.
¶ It sup id argue cum oi impio. ¶ q. eze.
xxxiiij. cum austitate 7 pot. ipabitis eis
et c. ¶ Ro. loqr de impio amoris quo ipat
pr. non timoris seruilis quo ipat dns.
¶ It sup id. nemo te contempnat. ¶ q. ber.
uerus humilis uult uilis reputari. non
humilis pdicari. g non debet curare

si contempnatur. ¶ Ro. n drauatur ppe s3 pp offm
sui pp utilitate alioz.

Admone illos principibz 7 potes

tatibus. Commuit in .c. pcedenti quod
moneantur diuisi status subditoz eius spa
lr. hic docet quod moneri debeant omnes
gnalr. et p ondit quod debet eos mone. 2o
quare debent sue admonitioni acquiescere. cm
mus. In prima pte primo ondit quod se debet
hre singuli ad suos rectores. scd quali ad
iniuriatores. neminem. tcio quali ad oms.
oem ostendentes. dicit g. admone. q. ita
argue cum oi ipio. nec tn sp irratis ipio.
s3 admone illos. simplr 7 diuiat. subditos ee
principibz .i. platis maioribz 7 potestanbus.
.i. platis sui dnis minoribz. ro. xiij. ois aia
potatibz sublimioribz subdita sit. 7 i. pe.
ij. subditi estote omi humane creature pp
dm. siue regi 7 c. dicto. illoz simplici. n tm
cribili ipio obedire. sic obediebant milites
centurionis. mt. viij. dico huic uade 7 ua
dit. ij. thess. iij. siquis n obedit ubo nro
p eplam hunc notate. obedire inqm nd ad
malum s3 ad omne opus bonu paratos esse
supple. n ad opus malu sicut illi de quibz
pu. i. pedes eoz ad malu currunt 7 dicit
ad omne. n tm ad ea q placent. qr scd. gg.
ubi obedia aliquid sui ht. uam no e obedia
7 admone et illos neminem blasphemare.
licet pmantur et affligantur ab ipis. eph.
.iiij. ois amaritudo 7 ira 7 blasphemia tol
latur a uob. n litigiosos ee. seruu eum
dni non oz bla litigare. ij. thi. ij. s3 mo
destos .i. modum p oia seruantes. phil.
.iiij. modestia ura nota sit oibz hoibz. oem
ondentes mansuetudinem. s. in dcis 7 fcis
interiorem. 7 exteriorem. ondentes inquam
ad omes hoies. s. bonos 7 malos. 7 dicit
ad hoies non ad bestias .i. hoies bestia
les ad quas seruitas est extenta. gen. i.
dnamini piscibz maris .i. uoluptuosis.
uolatilibz celi .i. supbis 7 bestiis tre .i. aua
ris. ¶ Nota hic sup id. dco obedire q obedia
pfca dz hre .ix. bonas cdones. obediendu
est .n. p libenter sine cordis murmure. act. ix.
dne quid uis me facere. scd humilr sine contradic
tione uocis. osee. iiij. pps tuus sic hn q contra
dicunt sacerdoti. tcio hylarit sine uult9 tristicia
ac merore. ij. cor. ix. non ex tristicia aut ex
necessitate. iiij. celerit sine dilatione more. ysa.
.lx. qui sunt isti qui ut nubes uolant. 7 c.
v. integralr sine opis diminutione. tho. iiij.
oia que pcepisti michi pfeci. vi. simp
sine mandati nimia discussione. ps. i auditu
auris obe. m. vij. prudent. sine manifesto er
rore. act. iiij. obedire oz do magis quam hoibz.

viij. vacate sibi sicut decet. col. iij. non ad oculum serventes. Bono. perseverantes sine intermissione. phil. ij. factus obediens usque ad mortem. Eramus enim. hic ponit rationem quare debent monitioni acquiescere et ponit duplicem rationem. prima qualitas status preteriti. secunda qualitas status presentis. cum autem. qualitatem status preteriti describit primo quo ad peccatum ignorantie. secundo quo ad peccata carnalis concupiscentie. serventes. tertio quo ad peccata spiritualis nequitie. in malitia. dicit ergo. eramus. quasi. ita debemus ostendere mansuetudinem ad omnes homines et hoc ideo quia aliquando fuimus sicut ipsi. eramus enim aliquando. scilicet ante conversionem et nos sicut et ipsi insipientes in cognitione agendorum. psalmus. intelligite insipientes in populo. increduli sine fide credendorum. ysa. xxvij. qui incredulus est infideliter agit. errantes per devia morum et malorum operum. sap. v. ergo erravimus a via veritatis et bene coniungunt ista duo increduli errantes fides enim est lux illuminans animam qui autem ambulat in tenebris nescit quo vadit. i. jo. ij. eramus et servientes quia qui facit peccatum servus est peccati. jo. viij. desideriis. per illicita animi desideria. et voluptatibus variis ipsius carnis. eph. ij. in quibus et nos aliquando conversati fuimus in desideriis carnis nostre facientes voluntatem. et cetera. nos dico agentes vitam. scilicet et ducentes in malitia. id est nocendi voluntate. i. pe. xxv. malitia ergo non dicemur invidentes et invidia de aliorum successibus. pro. xiiij. putredo ossium invidia. et eramus odibiles deo vel aliis hominibus. eccl. x. odibilis coram deo et hominibus superbia. odientes invicem unus alterum. scilicet. jo. iij. qui odit fratrem suum homicida est. et bene coniungit ista duo. scilicet odientes et odibiles. qui enim odit odibilis est. et qua enim mensura mensi fueritis remetietur vobis. Cum autem. hic ponit causam secundam. scilicet qualitatem status presentis ubi primo ostendit quod iam spe salvi sunt per Christi incarnationem secundo confirmat dictorum veritatem. fidelis. tertio monet hec predicari ad aliorum confirmationem et de hiis. In prima parte primo scribit salutis per Christum adoptionem. cum autem. secundo causam motivam. non ex operibus. tertio modum per lavacrum. quarto finem seu fructum. ut iustificati. dicit ergo. cum autem. quasi tales quidem eramus ante conversionem nostram ad Christum. cum autem apparuit. scilicet in tempore plenitudinis. gal. iiij. cum venit plenitudo temporis misit deus filium suum. apparuit. scilicet mundo per carnem. nobis per fidem. benignitas et humanitas dupliciter legitur hoc. primo modo sic. benignitas et humanitas. id est benigna humanitas. hoc est benignus et humanatus deus. ad quam benignitatem insinuandam ut puer parvulus apparuit. secundum ysa. ix. secundo modo sic. benignitas. id est larga divina. et humanitas. id est magna eius clementia. phil. ij. habitu inventus est ut homo. humanitas dico salvatoris nostri dei. id est illius qui est deus per naturam. et salvator noster per gratiam. cum inquam apparuit et cetera. salvos nos fecit et cetera. Jam spe future salutis. ro. viij. spe salvi facti sumus. et hoc non ex operibus iustitie que fecimus nos. prius. scilicet quia nulla bona fecimus. immo potius cum inimici essemus reconciliati sumus deo et cetera. ro. v. sed secundum suam. id est sibi propriam misericordiam. cuius enim est proprium misereri sicut dicit gregorius. opus autem iustitie dei alienum ab eo. ysa. xxviij. tren. iij. misericordie domini est ut quod non sumus consumpti. salvos inquam et hoc per lavacrum. id est baptismum. regenerationis. id est per quod fit regeneratio a culpa. generatio enim inquinat. psalmus. in iniquitatibus conceptus sum. sed regeneratio lavat jo. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. et cetera. ex aqua. quasi materie et spiritu sancto tamquam parte. et renovationis. id est per quod fit renovatio a vetustate per culpam contracta. que renovatio significata fuit in renovatione naaman. cuius caro cum esset senex restituta est ut caro pueri. iiij. reg. v. renovationis inquam spiritus sancti. id est que fit per spiritum. scilicet quem spiritum. scilicet effudit in nobis. non tamen in nobis nos sed in nobis. ad permanentiam. effudit inquam habunde. quia et ad remissionem omnium peccatorum et ad copiam virtutum jac. i. dat omnibus affluenter et cetera. de ista effusione. joel. ij. effundam de spiritu meo super omnem carnem. et cetera. effudit inquam per ihesum Christum salvatorem nostrum. ipse enim filius est dextera patris per quem ipse dat donum spiritus sancti. Ideo ipse dicebat. jo. xiiij. nisi ego abiero paraclitus non veniet ad vos. effudit dico ad hoc. ut iustificati gratia ipsius. sola enim gratia dei iustificat. ro. iij. iustificati gratis per gratiam ipsius. heredes simus interim in presenti per gratiam adoptionis. heredes dico vite eterne et hoc secundum spem et si nondum secundum rem. romanos. viij. heredes quidem dei. coheredes autem Christi. ysa. liiij. hec est hereditas servorum domini. et cetera. ex iste sermo quem predixi. fidelis est. id est verax. i. thimoth. i. fidelis sermo et omni acceptione dignus. Et hic queritur super illud. dicto obedire. ergo tenetur homo

obedire simpliciter uerbo prelati sui precepto.
Contra. non est inobedientia sine contemptu precepti. Glosa. hic monet non solum ad obedientiam sed ad obedientie perfectionem. Item super illud. ad omnes homines. glo. christianos omnibus hominibus humiles uult uideri. Contra. uelle uideri humilem superbia est. Glosa. uelle hoc ad ostentationem peccatum est. uelle ad aliorum edificationem bonum est. Item super illud. eramus insipientes. Contra. Aug. eadem est fides modernorum et antiquorum. Glosa. loquitur de iudeis pro statu post aduentum christi non ante. Item super illud. Cum apparuit benignitas et huma. glo. benignus et humanatus deus. Contra. de eadem non dicitur proprie principale et sumptum ut aurum et aureum. Ergo cum sit homo non bene dicitur humanatus. Glosa. humanitas in christo quamuis sit sua. tamen habet modum aliquem accidentis quia aduenit sumpto alieno. propter primum uere dicitur homo. propter secundum humanatus.

Et de hiis uolo te confirmare et cetera. Postquam ostendit quod fidelibus salus collata est per filii incarnationem. hic ammonet hec predicare ad aliorum confirmationem et primo monet predicare ueritatem. secundo uitare falsitatem. stultas autem. In prima parte primo ostendit quid predicandum. secundo quare. hec sunt bona. dicit ergo. et de hiis. quod ita per incarnationem filii dei spe salui facti sumus. et de hiis predictis. uolo te confirmare. alios in fide predicando. sicut est precepta. luc. xxii. dictum est petro et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. et Job. iiii. lapsos confirmauerunt sermones tui. Ut curent. hoc legitur dupliciter. primo modo sic. confirmare inquam ad hoc ut ipsi curent. id est solliciti sint preesse aliis qui credunt deo et hoc in bonis operibus. talis prelatio est appetenda. paulus dicit de se ipso. gal. i. proficiebam super multos coetaneos meos. Secundo modo legitur sic. Ut illi qui credunt deo curent preesse aliis multis. uel et sibi ipsis. preesse inquam in bonis operibus. non enim sufficit fides sine operibus quia fides sine operibus mortua est. hec sunt. quod ita te uolo in hiis alios confirmare. et hoc est ideo. quia hec predicta sunt bona in se. mat. xii. bonus homo de bono thesauro suo profert bona. et utilia hominibus. id est ad salutem hominum. ysa. xlviii. ego dominus deus tuus docens te utilia. Stultas. postquam monuit predicare ueritatem. hic monet uitare falsitatem. et primo monet cauere falsam doctrinam. secundo falsum doctorem. hereticum hominem. dicit ergo. stultas autem. quasi de predictis uolo te alios confirmare. autem pro sed. tu deuita stultas questiones. in quibus non est utilis scientia ad salutem et genealogias. id est originum enumerationes. sicut iudei dicebant quod adam habuit duas uxores et secundum hoc texebant diuersas genealogias. de hiis. i. thi. i. neque intendent iudaicis fabulis et genealogiis interminatis. et contentiones. de lege ut de cibis in lege prohibitis. pro. xx. honor est homini qui separat se a contentionibus. et pugnas legis. id est contrarietates que uidentur oriri ex contrario textu legis. ut de annis matusalem. quia sicut. lxx. uidetur uixisse. xiiii. annis post diluuium. cum tamen nullus superuixit nisi qui fuit in archa. ipse autem in archa non fuit. et ideo secundum hebraicam ueritatem mortuus est ipso anno diluuii. ut ordinaria glo. super ieronimum. gen. iiii. Sunt enim inutiles. id est sine fructu uel utilitate. et uane. quia sine ueritate. et ideo multo uitande. eccl. vi. uerba sunt plurima multam in disputando habentia uanitatem.
Nota hic quod est multiplex contentio uitanda. prima est rebellionis. deut. xxxi. adhuc uiuente me et ingrediente uobiscum semper contentiose egistis contra dominum. secunda dissensionis. pro. Caritas est contentio super principes. tertia emulationis. phil. i. quidam ex contentione christum annuntiant. quarta disputationis Job. vii. Respondere obsecro absque contentione. quinta disceptationis. Job. si uoluerit contendere cum eo non poterit respondere unum pro mille. vi. litigationis. eccl. viii. ne contendas cum omnipotente ne constituat litem tibi. hereticum. quasi non solum hec deuita. sed et hereticum hominem deuita. aug. hereticus est qui alicuius temporalis commodi. et maxime glorie principatusque sui gratia: nouas opiniones uel gignit uel sequitur. talis est deuitandus. heresis enim est morbus contagiosus. sermo enim eorum ut cancer serpit. ii. thi. ii. eccl. xiii. qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. deuita inquam post unam scilicet secretam et secundam publicam correptionem. id est postquam bis correptus fuit. primo in priuato. secundo in publico secundum ordinem fraterne correctionis determinatum. mt. xviii. si peccauerit. tunc si se corrigere noluerit uitandus est. non est conuersandum est cum eo qui se a communione fidei catholice. id est qui se separat. tu dico sciens quia subuersus est. id est propter suam incorrigibilitatem. qui huius est. fundamentum enim fidei in eo euersum est. Nota. uelle curare eos qui insanabiliter egrotant ultime insanie est. et delinquit. id est scienter peccat propter ignorantiam affectatam. Job.

xxxiiij. q. de industria recesserunt ab eo. ipse dico proprio iudicio. i. propria electione qua falsitatem eligit et ueritatem reprobat. condempnatus. Jo. iij. qui non credit iam iudicatus est. Cum hoc quod deuitandi sunt heretici propter multa. primo quia habent credulitatem erroneam. ij. thi. iij. homines corrupti mente reprobi circa fidem. secundo quia habent consciam cauteriatam. i. thi. iiij. cauteriatam habentes suam consciam. tertio quia habent familiaritatem deceptoriam. ro. xvi. per dulces sermones seducunt corda innocentum. quarto quia habent uitam simulatam. ij. thi. i. habentes speciem pietatis uirtutem autem eius abnegantes. v. quia habent doctrinam pestiferam. i. cor. xv. corrumpunt bonos mores colloquia praua. vi. quia habent intentionem peruersam. math. vij. intrinsecus sunt lupi rapaces. vij. quia habent mentem obstinatam. ij. thi. iij. quemadmodum iannes et mambres restiterunt moysi sic et isti resistunt ueritati. Cum misero. hec est quarta pars epistole. ubi post salutationem et de episcopis instituendis instructionem et de subditis admonendis exhortationem subdit totius epistole conclusionem. in qua ostendit affectum suum ad tytum. primo eum ad se uocando. secundo ipsum salutando. salutant. In prima parte primo rogat ut cito ad se ueniat. secundo ut duos legis peritos premittat. zenam legisperitum. tertio ut eis de necessariis prouideat. discant autem. dicit ergo. cum misero ad te arthemam et tythicum qui intim prouideant et presint loco tuo crecensibus. noluit enim gregem sine pastore remanere. festina ad me uenire nichopolim. In illam ciuitatem. hoc dicit quia desiderabat eum uidere propter amorem quem habebat ad eum. et ut eum plenius instrueret in ecclesiastica disciplina. sicut habetur. ij. thi. vlt. festina ad me uenire cito. ibi enim in illa ciuitate statui. i. firmiter proposui hyemare. propositum enim suum uocat statutum propter precedentem deliberationem et subsequentem. ecc. xxxvij. ante omne actum consilium stabile precedat. zenam legisperitum. et apollo qui potens erat in scripturis. sicut habetur. act. xviij. preponit autem zenam apollo. non quia sit potior quam apollo. sed quia huius professionis fuerat in synagoga. hos inquam sollicite premitte. i. sollicitus sis de eis premittendis. sollicite dico. ita. s. ut nichil illis desit de necessariis ad uiaticum. et ne se excuset quia non habet unde ostendit ubi accipiat. dicens discant autem. s. experimentum. et nostri

arcenses bonis operibus preesse sibi ipsis. et hoc adultis ad usus necessarios. dando supple ministris ecclesie et euangelij non ad usus superfluos. quia. i. thi. vj. habentes alimenta et quibus tegamur hijs contenti simus. debent enim ministri christi habere cibaria ad sustentationem non ad superfluitatem. et hoc ideo faciant ut non sint infructuosi ad modum arboris non prefendo. s. ex se fructum etc. math. iij. omnis arbor que non facit ex se fructum bonum excidetur. Salutant. hic ostendit affectum suum ad thitum ipsum salutando. et primo salutat eum ex parte fratrum. secundo monet fideles salutari per eum. saluta. tertio ponit communem salutationem eius et aliorum. gratia. dicit ergo. salutant te qui mecum sunt omnes. per compendium omnes salutatores simul designat. saluta eos qui nos amant in fide. i. fideli affectu. ecc. vi. amico fideli nulla est comparatio. gratia sit supple cum omnibus uobis. i. tecum et cum subditis tuis. et non dicit. gratia cui sed gratia simpliciter ad signandum quod gratia dei sola uere est gratia. de gratia enim humana prouerbia. ult. fallax gratia et c. amen. confirmatio est petitionis et totius epistole conclusio. Hic queritur super illud. arcenses bonis operibus preesse. glo. multis aliis. uel sibi ipsis. Contra nullus potest preesse sibi. Responsio. preminentia officij nullus potest preesse sibi. sed preminentia uite secundum diuersa tempora. Item super illud. et genealogias glo. originum emulationes. Contra genealogie frequenter repperiuntur describi in libris tam noue legis quam ueteris testamenti. Responsio. non qualibet genealogias prohibet sed superfluas et falsas. Item super illud et pugnas uerborum. glo. ut quando scriptura de annis matusalem uel alius contraria sentire uidetur. Contra. contrarietates scripture oportet doctorem querere et soluere. Item queritur questio ista contrarietas de annis matusalem. Responsio. tero. sicut dicit jeronimus in glosa. gen. iiij. s. lxx. matusalem. xiiij. annis post diluuium uixisse annorum eius diligenti computatione conuincitur. cum tamen in archa non fuerit. secundum hebraycam uero ueritatem ipso anno diluuij mortuus fuit. Item super illud. hereticum hominem postquam. Contra. omnes sunt excommunicati ergo statim deuitandi. Responsio. canon iste nondum latus erat in hereticos. sed postmodum diu. Item super illud. ut nichil eis desit. glo. ut que ad uiaticum necessaria sunt habeant in suis hystarchis. Contra. luc. ix.

nichil tulerit in via. Glo. tempore pa
cis et inter fideles nichil erat tollendum. sed
tempore persecutionis et inter fideles sic. Glo.
sup illud. non sint infructuosi. glo. Apol
lo episcopus corinthiorum erat qui propter
sedicionem contra se a pseudo suscitatam
discesserat. Contra. Jo. x. mercenarius ui
det lupum uenientem et fugit. ergo mer
cenarius erat. Glo. licet pastori decli
nare persecutionem persone non gregis

Explicit epistola ad thytum. Incipit epistola ad philemonem.

Paulus vinctus christi ihesu etc.
Hanc epistolam scribit apostolus philemo
ni. hic ciuis colosensis. erat. et nul
lo dignitatis gradu preditus. sed uir in
plebe uenerabilis et honorabilis. huius
seruus erat honesimus. sed furto ei damp
no olim ab eo fugerat. ueniens uero
romam apostolum predicantem audi
uit et credidit et baptizatus fuit. hunc
ergo ad dominum suum remittens pro eius
reconciliatione a roma de carcere hanc
litteram scribit. Intentio ergo huius e
pistole est honesimo apud philemo
nem ueniam impetrare. modus agen
di patet ex diuisione epistole. diuiditur
enim in .iiij. partes quia primo premittit
salutationem. secundo subdit gratiarum actionem.
gratias ago. tercio supplicationem. prop
ter quod. quarto epistole conclusionem.
confidens. In prima parte primo ponun
tur persone salutantes. secundo persone sa
lutate. philemoni. tercio forma salu
tationis. gratia. dicat ergo. paulus. nomen
est humilitatis. premittit omittit autem
apostolus quod est nomen auctoritatis.
et ponit nomen humilitatis quia procedit
per uiam supplicationis. humilitas autem
optima est ad impetrandum. secundum
illud ecclesiastici. xxxv. oratio humilian
tis se nubes penetrabit. vinctus christi ihesu.
.i. pro christo ihesu. ecce status compassionis. vinc
tum enim se nominat ut eum ad con
passionem moueat et facilius eum flec
tat. et sicut alij in salutationibus ponunt
nomina dignitatis ut comes uel epis
copus. sic ipse ponit vinctus christi. quia
in hoc gloriabatur. ij. cor. xij. gloriamur in
angustiis etc. et thymotheus frater. cuius
etiam gratia moueri debes. philemoni ci
ui colosensi. dilecto uel diligibili in affectu
caritatis et adiutori nostro in ministerio
predicationis non predicando. sed predica
tores recipiendo. sicut mulieres ille de quibus
philippenses. iiij. adiuua illas que mecum labora
uerunt in euangelio. et apie sorori karissime
in christo. scilicet uxori eius. hinc autem scribit
ut ipsa precibus flectat uirum suum. et
archippo filio eius colosensium episcopo. cui etiam scribit
ut patrem roget. de hoc habetur col. iiij. dicite
archippo uide ministerium tuum. commilitoni nostro
qui scilicet mecum laborat in eadem milicia.
quia corinthios. ij. thi. ij. labora sicut bonus miles
christi ihesu. et ecclesie que in domo tua uel e
ius est. i. toti familie eius christiane. ecclesia
enim est congregatio fidelium. crisostomus
magnus uir erat cuius domus ecclesia uocatur
paulus dico talibus scribit in hunc modum.
gratia. i. remissio peccatorum. uobis sit si
ple. et pax. i. mentis tranquillitas. a deo
patre nostro. a quo omnia. quia deus potest dare
gratiam. quia pater noster uult. et domino ihesu
christo. per quem omnia. gratias ago. hec est se
cunda pars principalis. ubi ponitur gratiarum
actio et primo ostendit cui et quando gratias
agit. secundo de quo. audiens. tercio quare.
gaudium enim. dicit ergo. gratias ago deo me
o. qui scilicet est meus deus per affectum specia
lem. Jo. xxi. dominus meus et deus meus. In hoc
autem quod semper a gratiarum actione
incipit. monet esse gratos. i. thes. v. In
omnibus gratias agite. semper. i. horis debitis
memoriam tui faciens in orationibus me
is. simile habetur ro. i. sine intermissi
one memoriam uestri facio in orationibus
meis. et licet plures in salutatione pre
miserit. non tamen dicit memoriam uestri
sed tui quia ei soli principaliter scribit. ago inquam
gratias ego dico audiens. i. quia audio ca
ritatem tuam et fidem. i. commendationem
fidei et caritatis tue. ipse enim erat lucer
na ardens per caritatem et lucens per
fidem. quam fidem et caritatem habes
in christo ihesu. in eum. scilicet credendo. et eum di
ligendo principaliter. et in omnes sanctos.
eis credendo et eos diligendo consequenter.
vt communicatio fidei tue. hoc legitur dupliciter.
vno modo sic. habes inquam fidem et cari
tatem in cristo et in omnes sanctos ita scili
cet ut communicatio fidei tue. i. fides tua
mee fidei communicans. uel quod alius ex fi
de communicas. euidens fiat per operatio
nem. Jac. ij. ostendam tibi ex operibus
fidem meam. in agnitione omnis boni.
.i. ita ut per hoc omne bonum esse agnos
catur. et hoc in christo ihesu. i. per christum ihesum.
secundo modo sic. quia memoriam tui facio in
orationibus meis. orans. scilicet ut communicatio fidei tue. i.

operatio fidei tue qua servisti deo et sanc
tis. euidens fiat aliis in exemplum. secundum
illud math. v. sic luceat lux uestra coram
hominibus et cetera. fiat inquam in agnitione omnis
boni in christo ihesu. id est cognitione et spe boni
eterni quod est omne bonum. quod omne bonum est
in christo ihesu. exo. xxxiii. ostendam tibi omne
bonum. gaudium enim. quasi ita oro et gra
tias ago. gaudium enim magnum leticie
et spiritualis. habui in corde meo. Jo. xvi. pe
tite ut gaudium uestrum plenum sit. et con
solationem in adversis. et hoc in caritate tu
a. id est propter caritatem tuam. hec est enim stella
que ducit ad ihesum quam uidentes magi ga
uisi sunt gaudio magno ualde. quia vis
cera sanctorum. id est alii sancti karissimi non hys
trionum. eccli. xii. da bono et ne receperis
peccatorem. uel viscera sanctorum. id est profu
si erga te sanctorum affectus. requieuerunt per
te frater. per te. scilicet digne eos recipiendo quia
a suis quodammodo laboribus respirantes
Nota hic quod quadruplex operatio
fit a sanctis dei per fidem. prima bonorum
temporalium. act. iiii. erant illis omnia
communia. secunda sacramentorum. ephe.
iiii. unus dominus. una fides. unum bap
tisma. tertia suffragiorum. psalmus. particeps
ego sum omnium timentium te. quarta
premiorum. psalmus. ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in unum.
Notandum etiam in christo nos habituros
omne bonum. primo affluentiam delica
rum. psalmus. inebriabuntur ab ubertate domus
tue et cetera. secundo habundantiam diuiciarum.
prou. viii. mecum sunt diuicie et gloria.
tertio excellentiam honorum. dan. vii. sus
cipient regnum sancti dei altissimi quia
eo preciositatem horum omnium. Jo. xvi. et
gaudium uestrum nemo tollet a nobis. Prop
ter quod. hec est tertia pars principa
lis in qua ponit supplicationem. et primo
tangit causam et materiam supplicatio
nis. secundo excusat personam pro qua
supplicat. tu autem. tertio tollit exaudi
endi excusationem. si autem aliquid
nocuit. Jn prima parte primo tangit
supplicationis causam. secundo materi
am. obsecro te. Jn prima parte primo osten
dit quod ei imperare potuit. secundo qua
re magis obsecrare uoluit. propter cari
tatem. dicit ergo. propter quod. quia scilicet ser
uis aliis et ad benefaciendum promptus
es. unde et michi magis seruire debes. mul
tam fiduciam. non dico potestatem. habens
in christo ihesu. id est per christum ihesum. per christum enim
erat ei huiusmodi potestas. ii. cor. ult. An

experimentum eius queritis qui in me loquitur
christus. fiduciam dico imperandi tibi. quod ad rem
pertinet. id est tuam utilitatem. non tibi no
cuum. ii. cor. x. potestatem dedit michi
dominus in edificationem non in destructionem.
propter caritatem meam et tuam. magis
obsecro. seniores enim obsecrandi sunt. i.
thi. iiii. seniorem ne increpaveris sed obsecra
ut patrem. i. pe. v. seniores qui in uobis sunt
obsecro consenior ego. obsecro inquam. cum sis ta
lis uita et etate. ut paulus senex. non solum
senectute corporali sed uenerabili. de qua sap.
iiii. etas senectutis uita immaculata. nec
solum autem sed nunc vinctus ihesu christi. id est pro
ihesu christo. per quod magis moueri debes
ad compassionem. scilicet non solum ratione etatis
sed et passionis. et cause patiendi. quia sci
licet pro christo. quoniam glo. super illud. Jo.
hominem totum sanum feci. et cetera. felix iniuria cuius deus est
causa. obsecro te. hic tangit supplicatio
nis materiam et primo tangit personam
pro qua supplicat. secundo rationem quare
supplicari oporteat. qui tibi. dicit ergo. ob
secro inquam te pro filio meo honesimo. cuius
affectio me incitat ad rogandum. quem
genui in fide per ewangelium. i. cor. iiii.
in christo ihesu per ewangelium ego uos ge
nui. genui cum essem simplex in uinculis. et
ideo tenerius eum diligo. et si enim corpus
erat alligatum. non tamen uerbum dei est
alligatum. ii. thi. ii. qui tibi. aliquando. scilicet quando
infidelis erat inutilis fuit. id est nociuus tua
tollendo. liptotes minus dicit et plus significat
et ideo erat dignus pena. secundum illud
prou. xxix. iracundiam eius inutilis sustine
bit. nunc autem. post conuersionem suam
ad fidem utilis et michi. scilicet seruiendo michi
et per hoc tibi. quem remisi tibi a roma.
licet indigerem eius ministerio. Hic queritur
super illud. paulus vinctus. quare non
addit apostolus sicut in aliis epistolis.
Responsio. ideo secundum glo. nomen ponit humilita
tis non dignitatis. quia non imperat sed
orat. Jtem super illud. archippo commilito
ni. uidetur quod preponi debuit quia episco
pus erat. Responsio. philemonem preponit
quia ei principaliter scribit. Jtem super
illud. a deo patre et domino. quare non dicit et spiritu sancto.
Responsio. spiritum sanctum intelligi uult in patre et filio.
ut nexum in extremis. uel in gratia et pace ut
amorem in donis. Jtem super illud. et in omni
sede. Contra. fides est de deo. non de hominibus. Responsio.
secundum glo. fidem deus habet in omnibus sanctis quia credit
eis non in eos. Jtem super illud. quem remisi tibi.
Contra. deu. xxiii. non trades domino suo seruum qui ad te con
fugerit. Responsio. non debet tradi ad penam sed ad ueniam.

Tu autem illum suscipe et c. hic po
nit primo pro quo suscipit supplicat quitatoni
et excusatom et primo eum quidat. secundo ex
cusat. forsitan ideo. In prima parte primo os
tendit quod ualde carus ei sit. secundo quod eum reti
nere noluit. quem ego. dico quare non fecit.
sine consilio. dicit ergo tu autem. q. ita ipsum
remitto tibi. tu autem illum suscipe ut mea
uiscera. dicitur secundum glo. uno modo. ut mea uiscera.
i. ut meum in ipso affectum. quem ego
uolueram mecum detinere. Rome. ut pro te
i. loco tui. ministraret michi. subditi enim
tenentur ministrare prelato. michi dico
existenti in uinculis euangelii. i. propter
euangelium. Paulus enim fuit in custodi
a per byennium et per multum deci ma
nere sibi meo. act. x ult. ideo indigebat mi
nistro. sine consilio autem tuo. i. sine tu
o consensu nichil uolui facere. de eo retinendo.
ne uelut ex necessitate. non ex uoluntate bo
num tuum esset. i. quod seruus tuus mi
chi seruiret. sed esset simpliciter uoluntarium.
non enim diligit deus quod fit ex tris
titia aut necessitate sed quod hylariter
et uoluntarie. secunda cor. ix. non ex
tristicia aut necessitate et c. exo. xv. ab
omni qui offert ultroneus accipietis. Nota
quod multiplex uinculum legitur in scrip
tura sacra. primum est uinculum cul
pe. de quo ps. dirupisti uincula mea. se
cundum presentis miserie. eze. iii. fi
li hominis ecce circumdedi te uinculis.
tertium geheme. de quo dan. iii. allige
tur uinculo ferreo et ereo. quartum
penitentie. de quo mt. xviii. quecumque
ligaueris super terram. et c. Quintum
obedientie de quo gen. xliii. symeon
tenetur in uinculis. i. uir religiosus.
vi. uinculum sap. de quo ecc. vi. ui
ncula illius alligatura salutaris. septim
gratie. de quo osee. xi. in funiculis adam
traham eos in uinculis caritatis. Forsitan
enim. hic excusat eum et primo ostendit quod
fuga eius utilis fuit. secundo quod a philemone
est utilis reputanda sit. quanto magis. ideo
ut eum suscipiat concludit sic ergo. dicit ergo. for
sitan enim q. ideo suscipe illum quia utilis fuit fuga
eius. forsitan n. ideo discessit a te ad ho
ram. i. ad modicum tempus. ut eternum
hic. s. et in futuro. illum reciperes. max.
ii. ala cooperatur in bonum. ro. viii. sicut
et uenditio ioseph. gen. xlv. pro salute uestra
misit me deus ante uos et dicit forsitan. quia
omnia humana sunt dubia. et potuit deus
alia causa hanc permittere sed. reciperes inquam iam non sicut
i. non tantum ut seruum. sed pro seruo quod ante erat carissi

mum fratrem. ut hic. sed plus seruo. s. carissimum
fratrem. carum propter conditionem quia seruus tuus. cari
orem propter fidem quidem quia christianus. karissimum
fratrem propter magisterii dilectionem quia meus discipulus.
carissimum dico. maxime michi. ut fratrem.
maxime michi. magis tuo. quanto magis
tibi. debet esse. s. carus plusquam michi. uel
quanto magis nunc. quam ante. tibi. debet
esse carus. et in carne et in carne. quia seruus tuus.
et in domino per fidem. si ergo. q. quia ita est. ergo si
habes me. i. si uis me habere socium. non dicit
ut prelatum. quia prelatus ad bonos subditos debet
esse ut socius. ecc. xxxii. rectorem te posuerunt no
li extolli esto in illis quasi unus ex illis. susci
pe illum sicut me suscipere. si enim non suscipis
non es socius. si autem aliquid. post supplica
tionem et pro eo ne quidem commendationem et ex
cusatom hic remouet a philemone omnem
excusatom. et glo. ubi primo se satisfacturum
promittat. secundo confirmat. ego paulus. dico pe
titionem iterat. ita sic. dicit ergo. tu autem. q. susci
pe illum sicut me. si autem aliquid nocuit
tibi aut debet. i. si est tibi obnoxius. aut
ratione iniurie illate aut debiti contracti.
hoc michi imputa. q. constituo me tibi sa
tisfacturum. et ut magis credas ego pau
lus cui credendum est scripsi manu me
a. gal. v. uidete qualibus litteris scrip
si uobis manu mea. ego reddam ut non
dicam tibi. licet hoc possem dicere. quod
et teipsum. non tantum tua. michi debes
ad seruiendum. quia te ipsum tibi dedi.
te ad fidem conuertendo. unde non tantum
exigo a te quantum michi debes. thob. ix.
azaria frater si me teipsum presto tibi seruum non
ero condignus prouidentie tue. ita frater
fac. uel ita frater est. ego te fruar in domino.
i. gaudebo de te si feceris quod rogo. s. re
fice uiscera mea. i. filium meum
uel affectum meum. et hoc in christo. i. per
christum. Confidens. hec est quarta pars
principalis. ubi post salutationem et
gratiarum actionem et supplicationem
ponit epistole conclusionem. blandiendo
ei secundum glo. tripliciter. primo de eo con
fidendo. secundo se ad eius hospicium
inuitando. simul autem. tertio eum salu
tando. salutant. dicit ergo. confidens in obe
dientia tua tibi scripsi. argumentum
quod non est precipiendum nisi ei de cuius obedientia
confiditur. alioquin prelatus ponit laqueum subdi
to. sciens quoniam et super id quod ego dico facies. hec est
perfecta obedientia. talibus dicitur id luc. vi. mensuram
bonam et confertam et coagitatam et su
perfluentem dabunt in sinum uestrum. in qua
enim mensura mensi fueritis remetietur uobis.

ut autem sollicitiorem eum ad obediendum faciat dicit
se venturum. unde subdit. simul autem et mihi para
hospitium. hinc ceperunt legati sedis apostolice
et episcopi in visitationibus ut hospicii preparationem
mandent. et dicit eciam sic hec ideo sunt ut ubi in
ut hoc paupertatis uel tot erat spatia per epistolam
preparationem hospicii mandet. quid. n. per eo
parandum erat qui pane et pulmento uili contentus
erat. para inquit hospitium. nam spero per
orationes uestras. licet tantus esset tamen confidebat de oratio
nibus minorum. sicut dicit Iac. ultimo. multum ualet de
precatio iusti assidua. spero inquit donari me
uobis. reuera magnum donum debebant repu
tare fideles liberationem apostoli sui. Salutat te
hic blanditur ei ipsum salutando. primo ex
parte aliorum. secundo ex parte sui. gratia domini. dicit ergo.
salutat te epafras. colosensis. sicut habetur. col. i.
concaptiuus meus in christo ihesu. i. pro christo ihesu
marcus ewangelista. aristarchus. sicut uoluntas salu
tatio ponitur. col. iiii. salutat uos aristar
chus concaptiuus meus et marcus consobrinus barna
be. demas. lucas. lucas ultimo ponitur quia
forte minus notus et familiaris ei. isti inquit
adiutores mei. in predicationis officio. et ego
et saluto sic gratia domini nostri ihesu christi sit siple
cum spiritu uestro optima societas gratie ad spiritum
i. coniugalis ex quo coniugio oritur proles boni
operis. sap. viii. quesiui eam in sponsam ac
cipere. sicut quia mecum conicabit de bonis eius.
mal. ii. uxorem adolescentie tue nolite
despicere. amen confirmatio est peticionis et totius
epistole conclusio. Et nota quod in sua prima gratias egit
et in fine gratiam eis optat ad significandum quod gratia
dei preuenit et sequitur omne opus bonum. christus enim
per gratiam est alpha et o. omnium bonorum operum
principium et finis. apo. i. [Quo]d hic quod uid. for
sitan ideo. glo. hoc ideo dicit quia omnia humana sunt
dubia. [C]ontra mors humana non est dubia
[S]olutio. glo. loquitur de humanis operibus que dependent
ex libero arbitrio. [I]tem sup. iam non seruum. glo.
ut prius. [C]ontra. tamen non liberat a conditione serui
lis. [S]olutio. subaudiendum est non ut seruum tantum sed
glo. [I]tem sup. et in carne et in domino. glo. per
fidem que totam superbiam amputat. [C]ontra in
multis fidelibus superbia regnat. [S]olutio. fides quantum in
est de se omnem superbiam amputat quia totam hu
militatis nutrimentum. [I]tem sup. si ergo habes me
socium. glo. si non suscipis non es socius. [C]ontra non
tenetur dominus suscipere seruum fugitiuum. [S]olutio. pe
nitentem tenetur suscipere non impenitentem. [I]tem
sup. ego te fruar. [C]ontra. sola trinitate fru
endum est. [S]olutio. frui creatura in deo non est frui cre
atura sed deo. uel frui large accipitur pro gaudere.
[I]tem sup. demas. [C]ontra. ii. thi. ult. demas me
dereliquit. [S]olutio. ut illa epistola post hanc scripta
fuit uel ille compunctus redierat. uel alius
est iste demas.

Explicit epistola ad philemonem.

Incipit epistola ad hebreos.

Multipharium multisque modis olim et cetera. Hanc ultimam epistolam pau
lus scribit ad hebreos. postquam enim
instruxerat ecclesias latinorum. s. romanos et ecclesias
grecorum. s. corinthios et alios usque huc. hic in
struit ecclesias hebreorum in hec ostendens se esse doc
torem uniuersalem quia hec sunt tres principa
les lingue in mundo propter quod eis fuit inscriptus
titulus dominice passionis crucis. Jo. xix. quibus
ergo scribit hebrei sunt. nec obstat quod ipse erat
apostolus gentium petrus uero iudeorum. nam quamuis ita
esset principaliter ex officio prelationis. tamen aliquos
et informare poterat ex zelo caritatis. qui
scribit apostolus paulus est. nec obstat ut quidam
dicunt id quod nomen suum more solito non prenotauit et
quia splendidiore stilo hanc epistolam scripsit. nam
secundum glo. propter iudeorum superbiam et odium eius qui
erat caput gentium nomen suum et apostolatus
officium non prenotauit. et quia unusquisque in lingua
sua plus ualet ideo hanc epistolam hebreo ydi
omate excellentius dictauit. lucas uero teno
rem epistole huius et ordinem retinens post eius ex
cessum eam greco sermone conscripsit. Intentio
eius hec est quia in hac epistola christi eminentiam
ewangelii sufficientiam. legis inutilitatem mon
strare intendit. modus agendi dissimilis est
ab aliis epistolis quia nullam salutationem premittit.
quis uero sit modus ex diuisione epistole patebit.
Epistola enim diuidi potest in quatuor partes. primo n.
ostendit christi uniuersalem excellentiam et digni
tatem. secundo quasi recapitulando aliqua ex pre
dictis latius ostendit legis insufficientiam et im
perfectionem a. c. viii. usque ad finem decimi. tertio
subdit moralem instructionem. c. x. habentes itaque
fratres fiduciam. iiii. et ultimo concludit epistolam
captando eorum beniuolentiam et fauorem
c. ultimo. fratres orate pro nobis. In prima parte
uniuersalem christi excellentiam et dignitatem ostendit
iiii. modis. primo in comparatione prophetarum. secundo in compara
tione angelorum. tanto melior. tertio in comparatione
moysi. c. iii. et iiii. quarto in comparatione sacer
docii leuitici. c. iiii. usque ad finem. habentes ergo pon
tificem. In prima parte sic procedit primo exe
plum prophetis ostendit. ii. preferendo. que sequitur.
In prima parte primo tangit quod patribus ad
prophetas. secundo quod patribus ad christum. nouissime.
tertio iam ad prophetiam commendat primo ex
uniuersitate. multipharia. secundo ex uarieta
te. multisque modis. tertio ex sui antiquitate.
olim. iiii. ex auctoris primi dignitate. deus

loquens. v. ex auditorum magnitudine. patribus. vi. ex doctorum sanctitate. in prophetis. dicit glossa multipharie etc. constructio sic ordinatur. deus loquens patribus olim in prophetis multifarie multisque modis novissime etc. dicit glossa multifarie multisque modis. hec duo dupliciter distinguuntur secundum glo. primo ut multifarie referatur ad locutionum numm pharetin. multiplex divisio. quod ad numerum pertinet. multisque modis ad loquendi modum. sic multipharie. vel multis visionibus. multisque modis. i. multis locutionum varietatibus. quia alias per sompnia. alias per revelationes et hiis. secundo modo ut primum pertineat ad loquendi qualitatem. secundum ad materiam sic. multipharie. i. multis locutionum qualitatibus. ut per sompnia et inspirationes et

p apertas voces. multisque modis. i. de diversis rerum misteriis quo ad materiam. osee. xii. ego visiones multiplicavi eis. non novum loqui in apertis. sed olim loquens. et iungit presens cum preterito quia idem est qui loquitur et qui loquebatur. idem enim est deus veteris et novi contra manicheos. ysa. ego ipse qui loquebar ecce assum. deus cuius locutio vera. non enim est deus quasi homo ut mentiatur. num. xxiii. loquens patribus nostris secundum carnem et spiritum. luc. ii. sicut locutus est ad patres nostros abraham etc. loquens magis in prophetis hominibus sanctis per inspirationem edoctis. ii. pe. i. spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. novissime. i. in fine temporum. i. cor. x. nos sumus in quos fines seculorum devenerunt. vel novissime. i. ultimo. quia post hanc locutionem nulla sequitur. in hoc autem quod dicit novissime iungit cum olim. ostendit quod postquam locutio divina iam olim cessaverat venit filius sicut patet dan. ix. diebus istis. non noctibus. olim enim loquebatur in noctibus quia obscure. dan. vii. aspiciebam in visione noctis sed modo nox precessit dies autem appropinquavit. ro. xiii. ii. cor. vi. ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis. et dicit diebus istis. quia adhuc supersunt qui audierunt. i. cor. xv. deinde visus est iacobo etc. locutus est nobis. locutus dicit in preterito perfecto. cum superdixisset loquens. quia prima locutio fuit imperfecta. hec autem perfecta. locutus quam magis in filio. i. per filium qui est maior prophetis. et dicit potius in filio quam per filium. ne putetur locutus per eum ut absens per nuntium destinatum. sed in eo presens et eo loquente loquens. jo. xiiii. nescis quia ego in patre

nota et pater in me est. ¶ Nota hic quod deus loquitur nobis multis modis. primo per apparitiones angelicas. gen. xix. venerunt duo angeli etc. ii. per ymaginationes sompniorum. gen. xxviii. vidit iacob dominum in sompnis dicentem sibi. iii. per formationes sonorum. exo. xx. in legis datione audiebantur voces. iiii. per inspirationes revelationum. ii. re. xxiii. spiritus domini locutus est per me et sermo eius per linguam meam. v. per vitam doctorum. act. x. non enim vos estis qui loquimini. etc. vi. per nitorem creaturarum. ps. celi enarrant gloriam etc. et post. non sunt loquele. vii. per immissiones cogitationum. cant. i. anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. quem constituit. hic prefert christum prophetis. primo quo ad potestatem. secundo quo ad dignitatem. qui cum sit. iii. quo ad bonitatem. portansque. potestatem ostendit duplicem primo donatoris. secundo creatoris. per quem. fecit. dignitatem ostendit duplicem. primo paterne eternitatis. ii. paterne consubstantialitatis et expressissime similitudinis. et figura. bonitatem autem ostendit triplicem. primo nunc. secundo gratie. purgationem. tertio glorie sedet. dicit glossa. quem constituit. ita locutus est in filio. quem filium secundum naturam humanam deus pater constituit ac tota eternitate firmiter et immutabiliter fecit. je. i. ecce constitui te super gentes et regna. heredem. i. dominum perpetuum. et possessorem iure filiationis patre tamen non mortuo. ps. postula a me et dabo tibi gentes. hec est hereditas quam iudei exheredare noluerunt. act. xvi. heredem dico. universorum. non tantum tribuum iacob ad quas missus fuit est mt. xv. mt. ult. data est mihi omnis potestas in celo et in terra. per quem christum secundum naturam ubi secundum quam coeternus est patri. fecit. non solum invisibilia sed et secula contra manicheos. jo. i. omnia per ipsum facta sunt. col. i. omnia in ipso condita sunt universa in celo et in terra. qui filius cum sit splendor glorie. i. patris. coeternus. s. patri ut splendor igni et post sit quale potest. cum non in creaturis inveniri exemplum ponit sic in creatis ad probandum coeternitatem. sap. vii. est enim emanatio claritatis dei sincera. et figura vel caracter substantie eius. i. perfecta representatio patris et consubstantialis. col. i. ymago dei invisibilis. ista figura quantum ad naturam divinam simplex est. i. rotunda ab eterno. sed facta est quadrata per assumptionem humane nature in tempore. tunc enim quadratus fuit circulus quia figura interminabilis facta est hiis terminos quia s. verbum caro factum est. verbum eius invisibile factum est visibile. verbum autem circularis diffinitur sicut dicit philosophus ii. li. de anima et ideo nunquam audimus. non videmus autem nisi secundum lineam. portansque omnia. continens et gubernans. omnia. celestia. terrestria. col. i. omnia in ipso constant. ysa. xlvi. ego feci ego feram. portans inquam verbo virtutis sue. i. solo imperio potestatis et bonitatis sue. ps. verbo domini celi firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum. purgationem peccatorum. tam originalium quam actualium. cum enim sit tantus et talis nichilominus secundum humanitatem per mortem suam purgavit nos et a culpa et a pena. jo. apo. i. dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. jo. i. ecce agnus dei etc. ecce

in qua nulli sanctio dignatus est nos sanare. iste
in qua talis sedet. i. quiescit et regnat post
nimias labores et humiliationem sublimatus.
ad dexteram. ad equalitatem maiestatis patris
i. in potioribus bonis patris. Gregorius. nunc et dominus ihesus
postquam locutus est eis assumptus est in celum et
sedet a dextris dei. et hoc in excelsis. i. super omnia
loco et dignitate. non in paradiso unde primus homo
corruit. sed in summo celorum loco. A summo celo
egressio eius et occursus eius usque ad summum
eius. ¶ Hic quia in principio glo. agit de Christi suf-
ficientia et legis inutilitate ¶ Contra. ro. vii.
lex bona. ¶ Responsio. loquitur hic de lege moysi. non
secundum moralia sed secundum cerimonialia carnaliter
intellecta. ¶ Item ibidem glo. nulli est unicuique ut
plus in lingua sua valeat. ¶ Contra. in omni
lingua per spiritum plene eruditus erat paulus
¶ Responsio. quamvis omnem linguam plene sciret tamen hebrai-
cam linguam suam magis habebat in usu.
¶ Item super id. loquens patribus in prophetis. glo. non
enim ex intellectu proprio loquebantur ¶ Contra. qui lo-
quebantur ut arreptitii non intelligentes quod dicebat
ut dixit montanus hereticus ¶ Responsio. ex intellectu
loquebantur per concomitantiam. sed non per causam.
¶ Item ibidem glo. filius dei assumptus hominem et per
id factus homo. ¶ Contra. assumens non est assump-
tum. ¶ Responsio. hominem i. humanam naturam. ¶ Item super id
novissime diebus istis. glo. post hanc locu-
tionem non sequitur alia locutio. ¶ Contra. per multos
postea locutus est et loquitur. ¶ Responsio. non locutum
aliud sed idem. vel non est alius modus loquendi. licet
sint alia quam dicitur. ¶ Item super id. per quem fecit et
secula. glo. non solum eterna et invisibilia ¶ Contra. eter-
na non sunt facta ¶ Responsio. eterna accipit pro perpetuis.
¶ Item super id. qui cum sit splendor glo. et si invenie-
mus in creaturis aliqua coeva. non tamen
generans et generatum. ¶ Contra. splendor coevus
est igni. ¶ Responsio. loquitur de generatione substantiali que est
generatio simpliciter. non de accidentali ¶ Item glo. ibidem
splendor qui diffunditur de igne minus lucet
quam ignis. ¶ Contra. ubi unum proprium alium utrobique
tantum. ¶ Responsio. loquitur de splendore qui est in aere.
non qui est ut qualitas in igne ¶ Item super illud.
portans quoque omnia. glo. si eius causa pater multo magis
causa est eorum quam per filium. ¶ Responsio. causa est cum esse
sequitur ad. ¶ Responsio. causa hic accipitur pro principio. ¶ Item
super id. sedet a dextris ¶ Contra. act. vii. ecce video
celos apertos. et ihesum stantem. ¶ Responsio. quo ad
se dicitur sedere. quo ad alios dicitur stare.
Tanto melior angelis effectus.
hic ostendit Christi excellentiam et dignitatem in com-
paratione angelorum. et primo probat Christum esse
digniorem angelis. secundo concludit maxime obser-
vanda esse illa tanta doctoris. c. ii. propterea habun-
dantius. In prima parte primo probat Christum esse
digniorem angelis. secundo concludit maxime ob

quo ad personam. sed quo ad utramque naturam. et ad
angelos. tertio quo ad gloriam. ad quem autem. In pri-
ma parte probat Christum esse meliorem angelis affirmat.
secundo auctoritatibus probat. cui enim. dicit ergo. tanto. hec
dictio dependet ex precedenti. quasi ita sedet ad dex-
teram et cetera. ipse dico tanto melior. i. proportionaliter
angelis effectus. i. evidenter factus. ex hoc apparet
quod hoc debet intelligi de Christo. non secundum naturam divinam. sed
secundum humanam. secundum quam factus est. ro. i. qui factus est
ei ex semine david secundum carnem. quanto differentius
et cetera. hoc tripliciter potest exponi. secundum glo. uno modo
sic. quanto pre illis. s. angelis. differentius nomen.
i. differentiorem honorificentiam hereditavit.
i. iure hereditario a patre accepit. differentem quid
honorificentiam pre illis accepit exiens mortalis
ante passionem. quia angeli ministrabant ei. mt. iiii.
sed differentiorem quam ante. post resurrectio-
nem. tunc enim prelatior illis per omnia extitit. alio
modo exponitur sic. quanto differentius nomen. i. nomen val-
de differens. pre illis. i. ab illis. sicut ab eorum nomine
hereditavit. s. hoc nomen deus quod est nomen super
omne nomen. phil. ii. donavit illi nomen quod est
super omne nomen. vel tertio modo. differentius nomen
quod nomen est dei filius et hoc per naturam. non per adoptio-
nem. ille enim homo est dei filius per naturam. an-
geli autem solum per adoptionem. cui enim. hic quod
affirmaverat auctoritatibus probat. s. Christum esse excel-
lentiorem angelis. primo quia a patre eternaliter
genitus. secundo quia a patre specialiter honoratus. et
rursum. tertio quia patri coadorandus. et cum iterum. dicit
ergo. cui enim. quasi vere differentius pre illis nomen here-
ditavit. cui enim angelorum. non solum de minoribus
sed et de maioribus dixit ipse pater. aliquando et post
confirmationem. filius meus. i. michi proprius et consubstantialis.
es tu. solus discretive sicut supple dixit Christo
in baptismo. luc. iii. et vere filius quia ego solus qui in
celis est sine matre. et in terris sine patre. sic dicitur ei genera.
hodie. i. eternaliter genui te. in hoc ostendit perfectio-
nem divine generationis. per verbum. s. temporis preteriti
perfecti. non sic ostendit per verbum alterius temporis. quia
per verbum presentis et futuri et preteriti imperfecti non osten-
ditur ut perfecta. per verbum autem temporis preteriti pluscumperfecti.
ostenderetur. quasi iam diu cessasse. et rursum supple
dixit deus pater. ego ero illi et cetera. hec verba ad litteram
dicta sunt de salomone qui fuit figura Christi. ii. reg.
vii. et i. par. xxviii. magister tamen dicit quod sunt verba
ysaye et possunt esse sumpta de illo verbo. ysa. xlii.
ecce puer meus electus quem ego elegi. et cetera. vel forte
ysaias librum illum regum scripsit. Ego ero illi. Christo secundum
quod deus. vel illi homini de virgine nascituro. hec
dictio quantum ad manifestationem. quia ab eterno est
eius pater. ero magis illi. i. ad honorem eius in patrem
cum protegendo. et ipse erit quantum ad manifesta-
tionem michi. i. ad honorem meum. in filium.
michi per omnia obediendo. unde angelus ad mariam
luc. i. quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei.

et cum iterum. hec tripliciter legitur. primo modo sic et cum iterum introducit. i. cum scriptura sepius introducendo ostendit in incarnatione primogenitum. i. filium ante omnem creaturam genitum. ecc. xxiiii. ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. et col. i. primogenitus ante omnem creaturam. introducendum inquit in orbem terre. i. in terram orbicularem. q. iterum in possessionem. dicat et cetera. secundo modo legitur sic. et cum iterum introducat deus pater primogenitum in orbem terre. i. cum eum qui prius erat in mundo invisibilis mundo apparere visibilem faciat dicat et cetera. tertio modo sic. et iterum dicat. deus pater cum introducit primogenitum in orbe terre. i. in corda hominum per fidem inducat deus inquit sic. et adorent eum hominem christum secundum humanitatem passum et mortuum. omnes angeli eius. visioni. s. eius sive missioni. psalmus. adorate eum omnes angeli eius. et ad angelos. hic ostendit christum meliorem angelis quo ad naturam. et primo ostendit angelorum sufficientiam subiectionem. secundo christi dignitatem. ad filium quidem. dicat quidem. ad angelos quidem. s. pertinens. non tamen dirigens sermonem ad angelos dicat. hec. s. que sequuntur. qui facit. et cetera. hec tripliciter exponitur. secundum glossam. duobus modis de angelis. tertio modo de spiritualibus viris. primo modo sic. qui. s. filius spiritus celestes. spiritus est nomen nature. facit angelos suos. i. nuncios et legatos suos. angelus enim est nomen officii non nature. et flammam ignis. s. seraphin qui sunt de supremo ordine. facit ministros suos. ex quo apparet quod maior est eis qui sunt eius ministri. mt. iiii. accesserunt angeli et ministrabant ei. alio modo legitur sic. qui facit spiritus celestes angelos suos. i. ministros suos cum levia nunciant et ministros suos facit flammam ignis. cum eos ad executionem vindicte mittit. sicut missi sunt duo angeli sodomam. gen. xix. et ad perdendum exercitum sennacherib. ysa. xxxvii. tertio modo legitur de viris spiritualibus sic. qui facit spiritus. i. viros sanctos spirituales. angelos suos. i. nuncios ubi sunt. et ministros suos. sunt viros sanctos esse ministros. facit flammam ignis. i. spiritu fervente et aliorum vitia urentes. ad filium autem. ostensa angelorum subiectione. hic ostendit christi dignitatem et primo quo ad proprietatem nature humane. secundo quo ad proprietates nature divine. et tu in principio. In prima parte tangit in christo secundum naturam humanam primo regiam dignitatem. secundo iusticie perfectionem. dilexisti. tertio gratie plenitudinem. propterea. dicat quidem. ad filium autem. s. pertinens et ad filium sermonem dirigens dicat simpliciter. hec que sequuntur. o deus thronus tuus. i. regnum tuum. permanens simpliciter in seculum seculi. i. in eternum. luc. i. regnabit in domo iacob in eternum. vel thronus tuus. i. iudicium tuum quia omne iudicium dedit filio ut et cetera. io. v. iudicium autem in throno debetur permanens simpliciter in seculum seculi. i. quod stabit et quantum ad bonos et quantum ad malos. mt. xxv. ibunt hii in supplicium eternum iusti autem in vitam eternam. et quia. virga regni tui. i. disciplina qua bonos regis et malos punis est virga equitatis. i. regula directa et inflexibilis. ysa. xi. arguet in equitate pro mansuetis terre. ideo dicitur virga ferrea. in psalmo. reges eos in virga ferrea. et ideo merito permanens thronus tuus. in seculum seculi. quia prov. xvi. iusticia firmatur solium. et prov. xxv. aufer impietatem de vultu regis et firmabitur iusticia thronus eius. dilexisti. q. ideo et permanens thronus tuus in seculum seculi. quia dilexisti iusticiam. i. omne bonum quod optime sedet in rege et iudice. ideo dicitur sap. i. diligite iusticiam qui iudicatis terram. et odisti iniquitatem. i. omne malum. sap. xiiii. odio sunt deo impius et impietas eius. propterea. s. ut hec faceres vel quia hec facis. deus deus. i. ipse deus pater et non filius alius. vel unum deus est vocativi casus. sed augustinus quod in greco evidentius est sic. propterea o deus fili. deus tuus. in modo speciali quia. s. pater tuus. deus quidem omnium est per creationem sed tuus per generationem. unxit te. s. non sed hominem. ut regem. ut pontificem. ut prophetam. et ut pugilem. unxit inquam oleo exultationis. i. gratie conscientiam exhylarantis. quod videlicet potest immunitate. prov. xlii. non erit tristis nec turbulentus. et hoc pre participibus tuis. i. pre omnibus sanctis qui de plenitudine tua participant. io. i. de plenitudine eius omnes accepimus.

Nota hic super verbo. ego ero illi in patrem. quod deus se patrem esse ostendit christo in conceptione angelum destinando. luc. i. secundo. in nativitate eius ministerio angelico iudicium declarando. luc. ii. tertio in baptismo eum attestando. luc. iii. quarto in transfiguratione apostolos alloquendo. mt. xvii. v. in resurrectione eum suscitando. act. iii. quem deus suscitavit et cetera. vi. in ascensione eum ad dexteram suam collocando. mr. ult. vii. in iudiciaria potestate iudiciariam ei committendo. io. v. pater omne iudicium dedit filio. Nota et super illud. unxit te deus deus tuus oleo et cetera. quod gratia comparatur oleo propter viii. proprietates. primo quia sicut oleum vulnera sanat probata delendo. ideo samaritanus infudit oleum sauciato. luc. x. secundo quia dolores mitigat in tribulatione consolando. prov. ut exhylaret faciem in oleo. tertio quia abscondita profunda illuminat obscura docendo. quia unctio docet de omnibus. i. io. ii. ideo duo sunt filii olei splendoris. zach. iiii. quarto quia alios dulcorat. labores prima alleviando. In signum huius offerebatur lagana oleo lita in sacrificium. levit. v. quia liquoribus omnibus supernatat animam sursum elevando. unde iacob fudit oleum desuper. gen. vi. quia reges et pontifices consecrat dei

nilitres sacrificando. Ps. inveni David servum meum. oleo sancto et c. vii. quia ignem pabulum ministrat caritatem conservando et inflammando. ideo dicit ille ... xxv. date nobis de oleo vestro et c. vii. quia effusum se dilatat affectum pietatis et compassionis excitando. ideo dicitur cant. i. oleum effusum nomen tuum. Hic quod sequitur. tanto melior an. ef. glo. secundum humanitatem. Contra. Ps. minuisti eum paulominus ab angelis. Responsio. secundum glo. maior fuit plenitudine gratie. minor passione. maior quantum mente minor carne. Ibi sequitur. quanto differentius nomen hereditavit. glo. si adoptionis gratia esset filius non solum patre sed angelis minor esset. Contra. beata virgo sola adoptionis gratia filia dei est et tamen omnibus angelis maior est. Responsio. non inquantum filia dei sed inquantum mater dei maior est quod non esset si ex filio dei filius non esset. Ibi super id. filius meus es tu. glo. filius non adoptivus. Contra. gratia facit filium adoptivum. ergo maior gratia magis. ergo maxima gratia maxime. Responsio. non quelibet gratia facit filium adoptivum. sed gratia sola adoptionis non gratia unionis. Ibi ibidem glo. ex essentia patris genitus est. Contra. essentia non generatur nec generat nec est terminus generationis. Ibi filius est essentie patris nichil autem gignitur ex seipso. Responsio. quamvis essentia non generet nec generetur nec sit terminus generationis. est tamen id unde gignitur quia est id quod per generationem communicatur. Ibi ad id. Responsio. quamvis filius sit essentie patris. non tamen ut est in patre sed ut est in se. Ibi super id. et rursum. glo. ysa. dicitur. Contra. hoc non reperitur in ysa. sed ii. reg. vii. et i. par. xxviii. Responsio. quamvis hoc nathan ad David de salomone dixit. tamen de ulbis ysa. eliciat potest. ysa. xlii. ecce puer meus et c. et eiusdem. ult. si ego qui ceteris generationem tribuo sterilis ero. Ibi super id. ego ero illi in patrem glo. hoc de virgine nascituro. Contra. David ille ac sit creatura inquantum ho ad totam trinitatem sub se habet. ergo si est filius patris est et filius sive spiritus sancti. Responsio. verum ut homo sub se habet. non tamen ut idem filius dei sive ut deo unitus. Ibi sequitur id. adorent eum omnes angeli. glo. xpm secundum carnem iussit ab angelis honorari adorari. Contra. sed carne minor est angelis. Responsio. secundum carnem in se consideratam minor est. secundum carnem ut unitam maior. Ibi super id. qui facit angelos et c. glo. omnibus angelis utitur ad incommutabile arbitrium sue substantie. Contra. non mutat suam sed non consilium ut docet gregorius. Responsio. arbitrium applicat consilium. Ibi super id. non variis in seculum. glo. iudicium iniquum stabit. Contra. iudicandi non stabunt mt. xxv. Responsio. iudicium accipit pro re iudicata. Ibi super id. unxit te deus. glo. non ungebantur alibi reges et sacerdotes nisi in regno iudeorum. Contra. iii. reg. xix. azael unges regem syrie. Responsio. illud optinet de consuetudine communi sed hoc de mandato speciali.

Et tu in principio domine et cetera. hic ostendit xpm meliorem angelis quo ad ... dominis et hoc quo ad tres specialiter. primo quo ad creationis potestatem. secundo quo ad durationis eternitatem. ipsi peribunt. tertio quo ad status immutabilitatem. et velut amictum. dicit ergo. et tu in principio. hec totum usque ad illud locum. ad quem autem angelorum. legitur dupliciter. uno modo litteraliter de filio. alio modo quasi allegorice de patre. primo modo sic. ita unxit te deus secundum humanitatem et non solum talis es sed humanitatem. sed et tu domine. fili dei. in principio temporis terram fundasti ad litteram. Ps. qui fundasti terram super stabilitatem. et opera manuum tuarum. i. potentie et voluntatis. per quas sicut per manus operaris. sunt celi. et dicit celi specialiter opera manuum eius quia in ipsis maxime relucet eius potentia et bonitas. potentia in magnitudine bonitas in equalitate. gen. i. in principio creavit deus celum et terram. ipsi s. celi aerei de quibus mt. xxiii. aves celi comederunt illud. peribunt ab eo quod sunt. quia mutabuntur et renovabuntur. ii. pe. iii. per quem celi magno impetu transibunt. ysa. li. celi quasi fumus liquescent. tu autem permanebis. in tempore post omnia sicut erat ante omnia. iac. i. apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. et omnes. s. celi aerei. ut vestimentum. i. corpus humanum quod longevitate veterascat in melius commutandum. veterascent. i. ad interitum accedent. quod n. inveteratur antiquatur et senescat prope interitum est. s. viii. et velut amictum. i. sicut corpus humanum quod amictum quatuor partitur quia quasi circuidat et regit undique spiritum. mutabis eos in novam figuram. ita secundum facile. s. sicut amictus plicatur et extenditur apo. xxi. vidi celos novos et terram novam. et mutabuntur. i. sic mutati permanebunt. tu autem. idem fili. idem ipse es. omnino immutabilis. exo. iii. ego sum qui sum. et mal. iii. ego deus et non mutor. et anni tui non deficient. i. eternitas tua in tempore non habebit finem. et vocat eius eternitatem annum cum sit una dies in comparatione ad ad annos temporales quibus coexistit. secundo modo exponitur sic de patre. et tu. quasi ita deus fili. unxit te deus pater. et tu o deus pater. fundasti terram. i. ecclesiam. et hoc quantum ad sanctos minores qui vacant dispensationi temporalium. et ideo terra vocantur. fundasti inquam in principio. hoc est in filio. qui fundamentum aliud nemo potest ponere preter quod id quod positum est. quod est xps ihc. et opera manuum tuarum. sunt celi. i. maiores sancti qui vacant contemplationi celestium. unde et celi vocantur. ysa. xlviii. manus mea fundavit terram. i. sanctos minores et dextra mea mensa est celos. i. sanctos maiores. ipsi et sancti maiores non solum minores peribunt. i. morte corporis ista dissolventur. ii. pe.

.xiiii. omnes morientur et qui adhuc dilabuntur. et c. tu
autem permanebis. in ipsis sanctis. i. misericordia tua
et opera tua permanebunt eis. quamlicet mori
antur secundum carnem non tamen secundum animam. et omnes sci.
maiores et minores ut uestimentum ueterascet
.i. sed corpus paulatim corrigentur. et ad mu
tu accedent et uelut amictum mutabis eos
.i. sancti in inmortalitatis statum et comparatur glo
riosis glorificatum amictum. qui undique angere et
mutabit eos sanctorum. i. cor. xv. seminatur in cor
ruptione. surget in incorruptione. et mutabun
tur. per animas qui gloriosiores erunt. tu autem o deus
pater. idem ipse es. i. in eis inmutabilis eris. presertim
autem in sanctis humilitas. et anni tui non deficient.
.i. eternitas tua in ipsis non desinet. Ad quem
autem. hic ostendit xpistum esse meliorem angelis
quantum ad gloriam. et primo ostendit xpisti excel
lentiam. secundo angelorum obedientiam. unde omnis
dicit ergo. ad quem autem angelorum. quantumcumque esset
dixit. scilicet pater. aliquando post confirmationem. an enim
non dixit sicut simpliciter dixit filio. sede ut victor
et iudex. a dextris meis. i. ad equalitatem
meam secundum diuinitatem. q. d. ad nullum umquam
hoc dixit. quia nullus dignus fuit sedere ad dexteram
dei. immo potius qui sedere uoluit expulsus est.
et precipitatus. ysa. xiiii. sedebo in monte tes
tamenti in lateribus aquilonis. super astra celi
exaltabo solium meum. et post pauca. ad infer
num pertraheris in profundum laci. sede usque in.
quousque ponam inimicos tuos. paganos. iu
deos. hereticos. malos xpistianos. scabellum pedum
tuorum. hec auctoritas legitur. exponitur secundum modo sic.
quousque. i. donec. aduersarios tuos plene tibi
subiciam. aliquos uoluntarie. s. eos conuertendo.
aliquos autem inuoluntarie. s. in uinculis iu
dicio. i. cor. xv. oportet illum regnare donec ponat
omnes inimicos eius sub pedibus eius. secundo modo
sic. scabellum pedum tuorum. i. subiciam humani
tati tue. in xpisto enim diuinitas. quasi caput
quia caput xpisti deus. humanitas autem loco pe
dum. tertio modo sic. scabellum pedum tuorum
.i. donec ponam eos sub stabili eternitate po
tius que per pedes significatur. nonne. q. hoc nulli
dixit. nonne. n. omnes de quibus iherarchia pri
ma. media et infima. sunt administrato
rii spiritus. spiritus quidem ex natura. administratorii ex
officio. math. iiii. accesserunt angeli et ministra
bant ei. spiritus in quam nulli a filio actuales.
in ministerium quod placet filio. propter eos. i. pro
eorum utilitatem. qui hereditatem capient
salutis. i. quibus promittitur hereditas uite
eterne. qui iam quidem capiet in spe. ro. viii.
spe salui facti sumus. et tandem capient in re. ps.
cum dederit dilectis suis sompnum. ecce hereditas etc.
et dicitur hereditatem salutis. ad differentiam hereditatis
eterne. terrene que est hereditas mortis. quia non

habet nisi post patre mortuo. non talis hereditas eterna.
sed potius hereditas salutis. ro. viii. heredes quidem
dei coheredes autem xpisti. Nota hic quod angeli
multipliciter ministrant electis. primo ex a periculis
liberando. gen. xix. secundo a suis persecutoribus
protegendo. ut filios israel ab egiptiis. exo.
.xiiii. tertio eorum inimicos interficiendo. ut sen
nacherib. ysa. xxxviii. quarto impugnatio
nes demonum ab eis arcendo. ut raphael
asmodeum. thob. viii. v. eos ab infirmitatibus
sanando. ut patrem thobie iunioris. thob.
xi. vi. eos bonis rumoribus consolando. ut pas
tores luc. ii. vii. eis secreta celestia reue
lando ut marie. luc. i. viii. eorum orationes
presentando ut tho. xii. ix. eorum animas defen
do. ut animam lazari luc. xvi. Contra hic quod
supra idem ipsi peribunt. Quia mundi substantia manebit
licet non figura. Contra. transibit forma. i. mu
tabilitas que nunc inest. non sed non substantia. Item
ibidem glo. incendium mundi non incendit sanctos.
Contra. habebunt adhuc sicut mali corpora cremia
bilia. Responsio. glo. loquitur de sanctis iam resuscitatis.
Item ibidem super idem. sicut uestimentum. glo. i. secundum corpus
quod animam contegit. Contra. anima continet corpus secundum damascenum
non econuerso. Responsio. anima continet corpus causali continentia.
sed corpus uidetur continere animam continentia. q. lo
cali. quia ita est in corpore quod non extra. non tamen quod
corpus est locus anime cum non sit ab anima sepa
ratum. Item super idem et mutabuntur. glo. secundum animas
que tunc gloriosiores erunt. Contra. gloria corporis se
habet ad gloriam anime. sicut punctus ad lineam.
ergo non auget eam. Responsio. non auget intensiue
sed extensiue secundum quosdam. uel secundum alios auget
etiam intensiue. non tamen per se sed per accidens. quia non
amplius retardatur quin tota intentione
pergat in deum. Item super idem. omnes sunt administra
torii spiritus. glo. omnes etiam maiores mittuntur ad
idem. ysa. vi. uolauit ad me unus de sera
phim. Contra. dyonisius ea que perminent usum
exterioris officii numquam habent. Responsio. secundum quosdam
omnes mittuntur. sed inferiores frequenter ex his
conditis et ex officio superiores raro. et ex causis
specialibus et de speciali mandato. secundum alios omnes mit
tuntur. sed superiores intra. s. ad alios angelos.
inferiores etiam extra ad nos. Ad idem ysa. vi. dicendum
non erat ille de seraphim ordine. sed quia gerebat
actum illius ordinis dictus est seraphim
nomine.

Propterea habundantius oportet etc.
Postquam probauit xpistum meliorem esse angelis
hic concludit propterea obseruanda illa tanti
doctoris. ostendens non obseruantes grauiter
et iuste puniendos. et primo ex parte doctrine
quam contempnere non debent. ii. ex parte doc
toris cuius potentiam effugere non debent potuerunt.
non enim angelis. tertio ex parte ipsorum qui tertiam

cius ex se dilcōm expssi sunt. s. glo. eum aud.
In pma pte ondit q doctrinam xpi ɔtempne
non debent. pmo q a xpo pmulgata. sedo
q ualde salutifera. si enim. tcio q multip
ɔfirmata. que cū īciā. dicit glo. pptea. q. i.
ita x. melior est pphis et angel. pptea oz nos
obseruare. s. in memoria. deut. vi. medi
taberis ea sedens in domo tua et ambulans in
itinere. Sed in vita. q non auditores legis s;
factores iustificabuntur. ro. ij. ea que audiui
mus. a filio dca in euo. et p aplos pdicata.
et hec habundanti quā illa pphar ul anglo
p obseruata sunt a iudeis. mt. v. nisi hun
dauit iusticia ura plusqm scribar et c. oz igr
et hec ne forte pereffluamus. i. etnali punia
mur. fluim quid s. glo. p culpam origina
lem. effluim p actualem uenialem et
mortalē. s; p effluim p etnam dapnatō
nem. et notat hic li forte arbitrij liberta
tem non dubitatōm. si enim. q. ita obser
uare oz ne etnali dapnemur q utiq; erit si
nō obseruauimus. si eni sermo legis in quo
n erat salus q legalia n iustificabunt. ro.
iij. ex opibz legis n iustificabit oīs caro. qui
dcūs est ad moysen et ceteros. exo. xx. et deinceps
dcūs ingt per angelos. i. anglico ministio. gal.
iij. ordinata p angelos et c. act. vij. acce
pistis legem in dispōne anglor. si ingt hic
sermo fcūs est firmus. i. uerax et multiplr
ɔfirmatus. s. miraculis et penis pmissioni
bz et ɔminatōibz. et si ōis puaricatō. i.
trāsgssio pcepti negatiui. et inobedia. i. ob
missio pcepti affirmatiui. ysim. n. mala
īpunitum. accepit iustam mcedis retribu
tōm. i. ɔdignam mitis penam. iustā qd
ex ordine mcedis ex qualitate. retribuōis.
retributōm ex quantitate. deu. xxv. p mēsura
pcti erit et plagar modus. s. x. irritā quis
faciens legem moysi sine ulla miseratōe duo
bus ul tribz testibz moritur. si ingt ita est.
quō nos qui filiū dei audiuimus effugiemus ge
hennam. si tantam. i. tam indeficientem
q etnam tam copiosam q ad oīa pcta
sufficientē tam pciosam q sanguine xpi
emptam. tam ulēm q ad omīs n tm ad
iudeos ptinentē. si tantam dico neglexi
mus salutē. q. d. nllō m effugiemus. Jo. xi. effugi
um pibit ab eis. i. pctōribz. sup eni sicut dr
gg erit iudex iratus infi horrendū chaos in
ferni. extius mūdus ardens. intus ɔsciā uretur.
a dext pcta accusantia. a sinistris infinita
demonia. miser pctor sic dephensus quo fu
giet. appere enim erit intolabile. latere īpos
sibile. ideo ysa. non fugiet uelox nec salua
bit pps se putet fortis. que salus cū īciā ac
cepisset. mt. iiij. exinde cepit ihc pdicare. et

narrari n est q ab etno erat. sed glo. sed
